ITTIOLITOLOGIA
VERONESE
DEL
MUSEO BOZZIANO
ORA ANNESSO A QUELLO
DEL CONTE GIOVAMBATTISTA GAZOLA
E DI ALTRI
GABINETTI DI FOSSILI
VERONESI

CON LA VERSIONE LATINA

VERONA
DALLA STAMPERIA GIULIARI
M.DCC.XCVI.

REGIAE · SCIENTIARVM · SO
DALITATI · LONDINENSI · NA
TVRAE · INVESTIGATIONE · ET
SVBLIMIBVS · DISCIPLINIS · PRAE
STANTI · PHYSICORVM · VERO
NENSIVM · SOCIETAS · PATRIAM
ICHTHYOLITHOLOGIAM
D ·

PREFAZIONE

La Storia dei Pesci fossili, che forma il principale soggetto dell' Ittiolitologia Veronese, non ebbe finora che pochi coltivatori, i quali ne parlarono per incidenza nei loro scritti diretti alla illustrazione delle petrificazioni, e delle montagne. Abbiamo irrefragabili monumenti nei libri degli antichi Naturalisti, onde poter francamente asserire, che essi non conobbero punto l' esistenza nei Monti di simili impietrimenti, o almeno li tennero lungo tempo, non come spoglie reali di esseri organizzati, ma per semplici scherzi della Natura. Aristotile, e Plinio si limitarono a dire, che fra le pietre vi erano delle forme somiglianti allo Scaro, e alla Triglia, alle quali diedero il nome di *Scariti*, e *Trigliti*, ponendole per la loro preziosità nel numero delle gemme (Plin. Hist. Nat. l. 37. cap. 11.).

Giorgio Agricola, che fiorì nel decimosesto secolo, poco diverso nell' opinare dai precedenti, riguardò queste Pietre come giuochi di linee casualmente disposte, che rappresentavano la figura di qualche Pesce. Egli chiamò gl' Ittioliti di *Eisleben* col nome di Pietre *Islebiane*, e i Pesci fossili di *Hildesheim* con quello di pietre *Ildesemie:* nomi, che furono poi adottati collo stesso significato da varj rinomati Naturalisti del secolo decimo settimo, come si può vedere in più luoghi delle opere di Ulisse Aldrovandi, e degli Scrittori Fisici ad esso contemporanei.

Quantunque i detti impronti fossero stati per molto tempo sott' occhio degli osservatori Litologi, i Veronesi nondimeno furono i primi sul finir dello scorso secolo a riconoscerli per vere spoglie di Pesci, attestandolo le espressioni contenute nei due rinomati Musei *Calceolari*, e *Moscardo*, che uscirono in luce prima ancora che fossero pubblicate le opere del citato Aldrovandi.

Venendo agli Osservatori moderni, dal principio del presente secolo fino ai nostri tempi ritrovasi, che non solamente assegnarono tutti alle Pietre *Islebiane* il carattere di veri Pesci impietriti; ma che di alcuni di questi ne determinarono ancora la specie, ed i luoghi, dove tuttora vivo-

PRÆFATIO

Historiam Piscium fossilium, ad quam totum opus hoc maxime spectat, pauci adhuc coluerunt, qui de montium, & lapidum natura atque origine differentes, ut res incidebat, & de illis nonnulla attigerunt. Principio siquidem de Piscibus in lapidem versis Physici veteres ne suspicati quidem sunt; & si quid ejusmodi cognoverunt, id non veram corporis articulati reliquiam, sed potius naturæ lusum esse arbitrati sunt; quæ illorum sententia ex eorumdem libris, monumentisque plane constat. Sane Aristoteles, Pliniusque id unum asseruerunt, lapides nonnullos figura scari, aut triglæ inveniri, quos adeo triglites, scaritesque nominarunt, &, quod iidem pretiosi haberentur, inter gemmas collocarunt.

Ab hac opinione minimum abfuit sæculo XVI Georgius Agricola; censuit enim fortuita linearum distributione, & inflexione fieri ut piscis in lapidem describatur. Itaque Ichthyolithos tum Heislebenii, tum Hildeshemii, lapides appellavit illos Heislebenios, hos Hildeshemios, quæ nomina eadem omnino significatione sæculo XVII Ulysses Aldrovandus, pluresque alii Physici retinuerunt.

At eodem sæculo exeunte illa Piscium vestigia tamdiu Lithologorum oculis frustra obversata, Veronenses omnium primi deprehenderunt; immo, antequam ipsa Aldrovandi opera vulgarentur, palam indicaverunt in Museis præclarissimis Calceolariano, & Moscardiano.

Ab initio vero hujus sæculi, usque ad hæc postrema tempora Contemplatores rerum ejusmodi, quotquot fuerunt, lapidibus heislebianis non modo naturam Piscium attribuerunt, sed & dissimiles quorumdam species definiverunt, atque adeo quæ iisdem nunc sit Patria. Sed tamen pars hæc na-

no, e si propagano. Ciò nonostante le nostre cognizioni in questa parte di Storia naturale sono ancora ben scarse, e si possono appena contare dei leggeri frammenti d' Ittiologia fossile sparsi nelle opere dello Scheuchzero, del Vallisnieri, di Wallerio, e Linneo, ed in quelle di varj altri Scrittori.

Il celebre March. Maffei nel Tomo III della sua *Verona illustrata*, parlando dei Pesci di Vestena sul confine del villaggio di Bolca, asserì in generale, ch' erano Pesci la maggior parte marini, e che parecchi appartenevano a differenti mari; nè quindi sussiste la contraria opinione attribuitagli dal Wallerio, ch' egli sostenesse non darsi altri Pesci fossili, che di acqua dolce.

Scheuchzero avea dimostrato l' esistenza di Pesci indiani nei monti schistosi della Svizzera, della Sassonia, e del Veronese; e determinò inoltre fra questi Pesci i Generi *Xiphias*, *Pleuronectes*, *Muræna*, *Esox*, *Perca*, *Cyprinus*. Linneo ridusse i soli Ittioliti di Verona a sei generi, cinque de' quali non erano stati osservati dallo Scheuchzero. Lo stesso fece il Wallerio, appoggiandosi all' autorità del Linneo, e furono quindi stabiliti da questi due Mineralogi i primi lineamenti dell' Ittiolitologia Veronese nei generi *Muræna*, *Scarus*, *Pleuronectes*, *Scorpæna*, *Scomber*, e *Trigla*: ciò che trovasi anche additato nelle opere di Gio. Gesnero.

Il Conte Ginnani nella descrizione del suo Museo di Ravenna, pubblicata nel 1762 da Camillo Zampieri, fu il primo a indicare tra i Pesci fossili del Veronese diverse specie spettanti agli accennati generi, e ad altri eziandio, che fino a quel tempo si erano ommessi. Notò pertanto trovarsi *nel monte Bolca sul Vicentino*, come egli si esprime, 1. la *Muræna Salviani* del Willougbey; 2. il *Mullus major*, o *Triglia lira* di Artedio; 3. il *Rhombus Willougbeyus*, *Rombite* dell' Aldrovandi; 4. il *Saurus Salviani*, o *Sparus Sargus* dei moderni Ittiologi; 5. il *Gobius paganellus* del Cav. Linneo, e molti altri piccoli Pesci citati dal Vallisnieri, e difficili da conoscersi (Mus. Gin. p. 92). Seguirono a un dipresso le medesime tracce Davila, e Knoor; il secondo dei quali rese pubbliche diverse figure d' Ittioliti dei Monti della Sassonia, e di Svezia.

Ultimamente, cioè nell' anno 1785,

turalis Historiæ adhuc manca est; etenim Ichthyologiæ fossilis apud Scheuchzerum, Vallisnerium, Wallerium, Linnæum, aliosque ejusmodi Physicos vix nonnulli veluti articuli reperiuntur.

Quo in loco Wallerii error notandus est, qui tradidit Scipionem Maffejum ea fuisse sententia, ut arbitraretur nullum esse fossilem piscem nisi ex aqua dulci. Contra tamen vir ille Veronensium rerum doctissimus, de Piscibus, qui Vestenæ effodiuntur ad fines Bolcani agri, id universim censuit plurimos eorum marinos esse, nonnullos etiam diverso ex mari.

Scheuchzerus ante docuerat in Montibus ex Schisto lapide apud Helvetios, & Saxones, & Veronenses, indicos pisces esse, eorumque genera sex distingui, Xiphiam, Pleuronectem, Murænam, Esocem, Percam, Cyprinum. At Linnæus apud solos Veronenses genera sex deprehendit; ex quibus quinque Scheuchzerum fugerant. Linnæo consentiunt Gesnerus & Wallerius. Itaque hi tres Physici primas sex quasi lineas Ichthyolithologiæ Veronensis duxerunt, Murænam, Scarum, Pleuronectem, Scorpænam, Scombrum, Triglam.

Ginnanius vero in Museo suo Ravennatensi, qui ipse descripsit, Camillus Zamperius anno CIↃIↃCCLXII *vulgavit, nonnullas species tum eorum sex generum, tum etiam aliorum inter Ichthyolitos Veronenses monstravit, quas cæteri ante prætermiserant; ipse vero animadvertit erui ex Bolca agri Vicentini (ita loquitur): eæ sunt* Muræna Salviani *apud Willougbeyum;* Mullus major, *sive* Trigla lyra *Artedii;* Rhombus Willougbeyus, *sive* Rhombites Aldrovandi; Saurus Salviani, *sive* Sparus Sargus *proximorum Ichthyologorum;* Gobius paganellus *Linnæi, pluresque alii minores Pisces, quos Vallisnerius recensuit, cognitu tamen difficiles. Non ultra hæc quasi vestigia processerunt Davila, & Knoor; quorum alter plerosque Ichthyolithos Sveciæ, & Saxoniæ figuris descriptos in lucem edidit.*

Postremum anno CIↃIↃCCLXXXV *Al-*

l'Abbate Fortis, confrontato avendo alcuni Pesci fossili del Gabinetto Bozziano colle figure dei naturali portate dagli Ittiologi, e principalmente con quelle della Decade I. di Broussonet, annunziò al pubblico in una sua lettera indirizzata al Conte Cassini, che fra gl' Ittioliti di Vestena vi erano l' *Esox acus*, il *Lophius piscatorius*, il *Chœtodon triostegus*, *e faber*, il *Polynemus plebæjus*, e il *Gobius strigatus*: Pesci non prima riconosciuti in siffatto luogo, ai quali un settimo ne fu aggiunto posteriormente dal Sig. Bozza; cioè il *Gobius ocellaris* degli Ottaiti.

Sin qui arrivarono le cognizioni a noi tramandate dai Naturalisti intorno agl' Ittioliti, allorchè nato nel 1789 il Progetto in Verona di far estendere la notizia dei Pesci fossili di quel Territorio sino al punto di formarne un corpo di scienza, ed un' Opera a parte, è riuscita dopo qualche tempo una Società Veronese di poter finalmente offerire al Pubblico la presente Ittiolitologia.

La divisione generale di quest' opera abbraccia tre Parti. Nella prima è discusso tutto ciò che appartiene alla Filosofia Ittiolitologica, ed alla Fisica delle Montagne, dove risiedono le Cave dei Pesci; nella seconda si dà la Storia naturale degli Ittioliti principali delle suddette Montagne descritti per ordine dei Gabinetti, ed accompagnati dalle rispettive figure; e nella terza si espone il Piano sistematico dell' Ittiolitologia Veronese, in cui sono divisi metodicamente gl' Ittioliti in *cartilaginosi*, *serpentini*, e *squamosi*, coll'aggiunta di un' Appendice intorno ai Pesci mostruosi, e degenerati.

Era necessario di far precedere alla descrizione dei Pesci fossili la Topografia del luogo, dove si trovano; e con tanto più di ragione, quantochè manchiamo in questa parte finora di estesi dettagli, ed esatti disegni. Non dovevasi inoltre ommettere la discussione preliminare dei Materiali, che costituiscono le Montagne di Vestena, e Bolca; nè le ricerche Fisiche intorno alla loro origine, e formazione, che servono a stabilire la vera epoca, e località degl' Ittioliti. Lo sviluppo pertanto di questi diversi articoli entra nel soggetto della prima parte dell' Opera, che può dirsi il Prodromo dell' Ittiolitologia Veronese.

bertus Fortis collatis Ichthyolithis Bozzianis cum imaginibus naturalium Piscium, quos Physici exhibent, præcipue Broussonetus Decade prima, ultra progressus est. Nam missis ad Cassinum litteris prodidit inter Pisces Vestenæ effossos sex hos comprehendi, Esocem acum, Lophium piscatorium, Chœtodontem triostegum, & fabrum, Polynemum plebæjum, Gobium strigatum; *quibus septimum Bozza addidit, nimirum* Gobium ocellarem *Ottaitarum*.

Hæc de piscibus in lapidem commutatis cognita, & memoriæ mandata fuerunt jam ab anno CIƆIƆCCLXXXIX., *quo anno illud Veronæ agitari, & curari cæptum est, ut Ichthyolithos agri Veronensis seorsim ab aliis omnibus quispiam describeret, ac pertractaret, ut singulare de illis, propriumque opus, simulque perfectum ejus scientiæ quasi corpus formaret. Itaque Societas Veronensis id tandem obtinuit, ut hanc Ichthyolithologiam doctis hominibus exhiberet.*

Ea porro in tres partes distributa est. Quidquid doctrinam de mutatione Piscium in lapides, vel naturam eorum montium, e quibus illi effodiuntur, spectat, id totum prima parte quæsitum est. Secunda vero historiam naturalem eorum Piscium, qui præcipui existimantur, ex ordine Museorum persequitur, suisque figuris exornat. Tertia denique systema Ichthyolithologiæ Veronensis demonstrat; in qua Pisces a structura cartilaginea, serpentina, & squamosa ad tria genera referuntur; cui parti nonnulla de Piscibus monstruosis aut deformatis adjiciuntur.

Enimvero Piscium descriptioni, ipsa loci, quo continentur, descriptio antecedat necesse est; præsertim quod is locus neque lineis, neque oratione satis diligenter monstratus est. Præterea qua materia montes Vestenæ, & Bolcæ constructi sint, investigatur oportet; eorumdemque & origo, & fabricatio ex legibus naturæ quæratur, ut demum Piscium ætas, locusque definiri vere possit. Quare in iis omnibus explanandis prima versabitur pars, quam propterea Veronensis Ichthyolithologiæ Prodromum recte dixeris.

La parte II contiene l' illuſtrazione delle principali collezioni Ittiolitiche di Verona, e ſegnatamente del Gabinetto Bozziano, il più ricco in queſto genere di naturali prodotti, ed il più rinomato in tutta l' Europa. Gl' Ittioliti vi ſono deſcritti ad uno per uno col nome latino, e volgare dei Peſci che rappreſentano, colle varie Sinonimie dei Zoologi, e colla citazione delle migliori figure. Tenendo l' ordine dei Gabinetti, ſi è creduto di dover preſcindere dal diſtribuirli con metodo ſiſtematico, per non ripetere le Claſſificazioni medeſime tante volte, quante erano le collezioni Ittiolitiche da partitamente deſcrivere.

Secunda Collectiones Ichthyolithorum, quæ Veronæ inter cæteras præſtant, exponuntur, maxime Bozziana & Piſcium copia, & nominis celebritate omni in Europa facile princeps; propoſito nomine tum latino, tum communi eorum Piſcium, quos exhibent: Synonimiæ etiam Zoologorum adjiciuntur, & probatiſſimæ illorum figuræ appellantur. Quoniam vero Muſea ſingillatim deſcribuntur, non oportuit piſces in ſpecies ſuas diſtribuere, ne ſingulis in Muſeis eadem diſtributio repeteretur.

È quindi nata dall' eſpoſto motivo la neceſſità della Parte III dell' opera; nella quale ſono di nuovo accennati per Claſſi, Generi, e Specie tutti gl' Ittioliti, che furono precedentemente deſcritti; e inſieme additati quei Peſci, che ſoffrirono dei cambiamenti nel loro paſſaggio al Regno dei Minerali.

Quare tertiam partem addere neceſſe fuit, in qua illa Ichthyolithorum partitio ex generibus, & ſpeciebus fieret; in qua itidem notarentur, qui Piſces ea ex animantibus in lapides commutatione ſua pene forma exuti fuerunt.

Le note caratteriſtiche dei Generi, e delle Specie ſono ſtate deſunte, ſecondo l' arte, dalla membrana branchioſtega, dal numero, ed abito delle pinne, dalla faccia eſteriore del Peſce, e dalla proporzione, e figura delle varie parti del corpo, ricavata dagli eſemplari più conſervati, e conferita colle deſcrizioni dei Siſtematici; oppure coi diſegni dei Peſci naturali pubblicati da Seba, Willougbey, Catesby, Bloch, Ruyſchio, Brouſſonet, Jonſton, e molti altri.

Porro genera ſpecieſque diſtinximus ex iis notis, quas maxime proprias Ichthyologia habet, eæ ſunt membrana branchioſtega, numerus, & conformatio pinnarum, exterior piſcis facies, demum forma ſingulorum artuum, atque proportio. Quas notas animadvertimus in Ichthyolithis maxime integris, & cum eis comparavimus, quas Ichthyologi de naturalibus Piſcibus tradiderunt vel ſcriptis, vel iis imaginibus, quæ apud Sebam, Willougbeyum, Catesbyum, Blochium, Ruyſchium, Brouſſonetum, Jonſtonum, pluresque alios habentur.

Quando un eſemplare ha preſentato al confronto delle mancanze notabili, o dei caratteri in parte alterati, ed in parte diſtrutti, ſi è avuto ricorſo all' eſame di altre ſpoglie della medeſima ſpecie, per ricavare dal compleſſo di tutte la cognizione vera, e ſpecifica del propoſto individuo. Non ſi dovrà quindi aſcrivere ad ineſattezza il numero dei raggi delle pinne, ſe ſi troverà talvolta in contraddizione colle aſſerzioni degl' Ittiologi, o non corriſpondente a quanto manifeſta l' originale, perchè da una parte i Naturaliſti ſono rare volte concordi tra loro ſu queſto punto: e dall' altra alcuni degli Ittioliti traſcelti per li diſegni ſono privi di qualche raggio in grazia della diviſione, e ſpaccatura loro in due parti, o ne moſtrano altri in duplicato, che prima avvolti nelle native membrane formavano un ſolo ramo.

Si quando vero hac in comparatione quaſdam notas alicujus Ichthyolithi vel inſigniter immutatas, vel plane deperditas vidimus; alios continuo ejuſdem ſpeciei ad comparationem adhibuimus, ut ex multis propoſiti ſpecies Ichthyolithi plane demonſtraretur. Itaque neque fides, neque diligentia noſtra culpanda fuerit, ſi numerus radiorum in pinnis neque cum exemplari exhibito, neque cum Phyſicorum ſententia conſentit. Etenim neque de eorum numero inter Phyſicos ſæpe conſtat, neque in Ichthyolithis ſemper ſervari potuit; vel quod diſciſſus medius lapis eorum aliquem effractum perdidit, vel quod in binos radios, abſumpta membrana, aliquis ramulus diviſus eſt.

Tutti quei Pesci fossili, che per difetto di sufficiente conservazione mancavano affatto di evidenti note specifiche, o quelle semplicemente esibivano della figura esteriore, non si sono compresi nell' Opera; restando perciò nel Gabinetto Bozziano, e negli altri Musei da determinarsi tuttavia molti Pesci, oltre i descritti nella presente Ittiolitologia. La preziosità di alcuni ha fatto talora permettere l' uso dei soli caratteri di approssimazione colle figure degl' Ittiologi: ma a questo sussidio adottato per promuovere le ulteriori ricerche dei Dotti, si è procurato l' appoggio dei più rigorosi confronti, onde non precipitare soverchiamente i giudizj sopra il semplice fondamento delle rassomiglianze.

La scelta degli Archetipi per le Tavole in rame ha avuto principalmente di mira la grandezza dell' Individuo, la qualità dell' impietrimento, e il colpo d' occhio della sua forma, di quello che la conservazione di tutte le parti caratteristiche appartenenti alla specie. Si sono quindi sovente preferiti dei Pesci di bell' impronto, ma difettosi nella figura, e nei raggi delle diverse pinne ad altri più piccoli della specie medesima, quantunque meno sfigurati, e mancanti nelle accennate parti, dai quali furono soltanto realizzate le note specifiche dei precedenti.

I nomi italiani, e latini posti in fronte agli Ittioliti sono stati generalmente presi dalla convenzione degli scrittori, rapporto al genere, ed alla specie, che rappresentano. Quei Pesci soltanto, che non furono per anche descritti dai Sistematici, o dei quali si è ritrovata negli Iconografi la corrispondente figura, vengono indicati o colla denominazione volgare del luogo a cui spettano, ovvero con un nome nuovo, e triviale imitato da quelli di Artedio, e Linneo primi maestri, e ristoratori della Nomenclatura Ittiologica.

Si è procurato nei diversi articoli presi a discutere in tutta quest' Opera di contribuire, per quanto potevasi, a dilucidare un soggetto in parte ancor nuovo, e strettamente connesso col grande mistero delle antiche terracquee rivoluzioni. Che se per avventura non si fosse in molte cose colpito nel segno, rimane la lusinga ciononostante della indulgenza di chi conosce la somma difficoltà di siffatta intrapresa; e

Sunt etiam inter Ichthyolithos nonnulli ita male habiti, ut vel nullam speciei notam, vel unam faciem exteriorem retineant; quos omnes prætermisimus. Quare & in Bozziano Museo, & in cæteris, quorum neque species definita est, neque imago descripta, attamen si qui eorum magni æstimantur, ipsorum genus saltem ex proximis notis, quas imagines Ichthyologorum referunt, inquirere visum est: in qua etiam inquisitione, ne sola similitudine, atque effigie nimis temere duceremur, diligentissima, qua potuimus, comparatione usi sumus; neque tamen aliud nos præstitisse volumus, quam ut doctorum hominum studia excitentur.

In iis eligendis, quos in tabulis proponeremus, magnitudinem piscis, genus lapidis, aspectusque, formam magis secuti sumus, quam earum partium integritatem, quibus species distinguitur. Itaque pisces quorum imago præstantior erat, quamvis & figura corporis, & radiis pinnarum imperfecti essent, attamen minoribus ejus generis præpositi sunt, qui cæterum integriores erant: ex his tamen notæ generis, quæ in illis vel deficiunt, vel corruptæ sunt, reipsa monstratæ sunt.

Nomina itala, vel latina singulis Ichthyolithis præposita, quæ genus, speciemque significant, ex iis sunt, quæ inter Scriptores conveniunt. Quos vero Pisces nemo Physicorum adhuc descripsit, quorum tamen figura apud Iconographos reperitur, ii aut patrio nomine appellantur, aut novo, & communi, ex imitatione Linnæi, & Artedii, quos nemo in ratione horum nominum auctores non habet.

Cæterum quoniam hæc doctrina de Ichthyolithis fere nova est, & cum doctrina de vetustissimis terrarum, marisque vicissitudinibus sane gravissima, & obscurissima tam arcte conjungitur, illud in toto hoc opere, ejusque partibus susceptum est, ut studia nostra cogitationesque ad eam explicandam, illustrandamque conferremus. Quod si vel sæpius falsi fuerimus, non tamen nostri nos laboris pœniteat; propterea quod ne-

la ſperanza non meno, che queſto travaglio, qualunque egli ſia, poſſa ſervire alla illuſtrazione dei Gabinetti, ai quali è rivolto; e proficuo in qualche maniera all' ingrandimento di quella parte di ſcienza, che ne forma il difficile, e intereſſante ſoggetto.

que erroribus venia, pro maxima rei difficultate, negabitur; neque ſpes eripietur futurum, ut ex ſtudiis noſtris, & Muſeis, quorum gratia inita ſunt, aliquod lumen afferatur; et in hanc ſcientiam de piſcibus in lapidem verſis magnam & difficilem aliqua utilitas proficiſcatur.

ITTIOLITOLOGIA VERONESE

PARTE PRIMA

OSSERVAZIONI GENERALI SOPRA IL SOGGETTO DELL' OPERA

ICHTHYOLITHOLOGIA VERONENSIS

PARS PRIMA

OBSERVATIONES IN LOCUM UNDE PISCES EFFODIUNTUR

INTRODUZIONE

Fra quante parti d'Italia esibiscono monti doviziosi d' impietrimenti, niuna ve ne ha certamente che tanti, e di genere sì disparato ne racchiuda in poco tratto di suolo, quanto la Campagna Veronese, e la Vicentina. In quasi tutte le montagne, che corrispondono alla natura di queste, abbondantissime sono le Conchiglie univalvi, e bivalvi; molte contengono inoltre degli animali, e delle piante fossili; alcune degli Echini, e delle Stelle marine, delle Madrepore, ed altri simili generi di Zoofiti; rarissime essendo quelle, che riuniscano nei loro recinti la serie di ciascheduno degli indicati prodotti. Ma il Territorio Veronese, ed i suoi limitrofi, dalla parte dei monti, presentano al Passeggiero, ed al Naturalista un quadro compiuto di ogni genere di Corpi fossili, ed il compendio, per così dire, delle petrificazioni di qualunque paese. Si contano in queste montagne ventisette diversi generi di testacei da nessuno per anche osservati; dei quali potrebbesi tessere una Conchiologia minerale ricca di oltre dugento specie impietrite, tratte dai tufi, dagli strati calcarei, dai marmi, dai basalti, dalle litomarghe, e dalle pietre focaje dei detti monti. Vi sono Chiocciole tanto dei nostri mari, che dei più lontani, come an-

PRŒMIUM

Pleræque Italæ regiones montes habent Zoolitis abundantes: ager tamen in Veronensium, & Vicentinorum finibus non longo montium tractu cæteros omnes præstat, tum copiæ magnitudine, tum generum varietate. Etenim montes ex eo genere, quo hi sunt, fere omnes Conchyliis referti sunt, tum iis quæ unicas, tum iis, quæ binas habent valvas: multi etiam animantes, & plantas fossiles habent; nonnulli vero echinos, asterias madreporas, vel similia Zoophyta: sed qui omnia hæc genera eodem in loco complectuntur, rarissimi omnino sunt. Hoc Veronensis agri, et finitimi, quem diximus, proprium est, ut quæ lapidefactorum genera unaquæque regio diversa habet, eadem simul collecta uno in loco, quodam veluti in compendio naturæ, Contemplatoribus invisenda subjiciat. Etenim genera testaceorum viginti septem nemini adhuc animadversa ibi conspiciuntur, quæ genera species ducentas vel amplius comprehendunt; neque tamen simili concretas lapide; namque & in topho, & in lapide strato, quem vocant, calcario, & in marmore, & basalte, & lithomarga, ac silice insunt: quare Conchyologia fossilis sane varia, & multa confici posset. Adde cochleas terrestres, & aquatiles, easque & aquarum dulcium, & marium, tum nostrorum, tum remotissimorum; quibus quam-

che di acqua dolce, e di terra: riſcontrandoſi molte volte rammaſſate nello ſteſſo macigno delle ſpecie tra di loro differenti di abitazione, di elemento, e di clima, e diverſe eziandio per la qualità dell' impietrimento: il qual fenomeno ſi eſtende non meno agli echini, e ſtelle di mare tanto frequenti in *Valdonica*, e nei diſtretti di Romagnano, e Caſale.

Parlando poi dei Zoofiti lapidefatti, eſſi non abbondano meno nelle montagne Veroneſi, di quello che in altre parti d'Italia. Le articolazioni dell' Iſide Aſteria ſono copioſiſſime negli ſcogli di *Montebaldo*; i frantumi di Corallo foſſile riempiono la pietra a calcina dei colli vicini alla *Valpollicella*; molte Madrepore, ed una non minore quantità di Tubipore eſiſtono in varj luoghi del Veroneſe petrificate in ſoſtanza di Calcedonio, roſſiccie al di fuori, ſpugnoſe, e della leggerezza di una ſpuma di terra al di dentro.

Non mancano neppure in ſimili monti diverſe reliquie di animali quadrupedi, tanto indigeni, che abitatori di lontane regioni. Nè fa d'uopo il rammentare di nuovo a queſto propoſito ciò, che altri hanno diffuſamente deſcritto, cioè le oſſa Elefantine di ſmiſurata grandezza, e quelle di Cervo, e di altri animali dell' ordine delle Fiere, e dei Ruminanti, che formano i rinomati Cimiterj di *Romagnano*; come neppure le oſſa belluine di Orſo eſiſtenti nelle Grotte dei Monti in *Selva di Progno*; ove fama è che ſi trovino parimente delle mandibole, e degli ſcheletri di Foche marine.

L' Inſettologia foſſile ha eſſa pure diſtinto luogo nella ſerie numeroſiſſima degli impietrimenti del Veroneſe. Si conoſcono già da gran tempo i belliſſimi Granchi lapidefatti del Caſtello di *S. Felice*, della vicina *Valdonica*, di *S. Lonardo*, e *Larzano*; ai quali aggiungere ſi potrebbero quelli di ſpecie diverſa, che ſi trovano nelle cave dei Peſci di *Veſtena Nuova*, dove eſiſtono degli inſetti foſſili ancora più rari per la difficoltà della loro conſervazione. La claſſe dei volatili, e quella dei rettili hanno depoſitato anch' eſſe qualche prezioſa reliquia dei loro individui; cioè delle piume di Uccelli ſtranieri, e degli ſcheletri di ſerpenti, che avremo campo di riferire nella deſcrizione dei Gabinetti.

Non è meno ricco il Territorio in

quam diverſum ſit domicilium, elementum, cœlum ipſum; hic tamen eadem rupe veluti coacervatæ ſunt, neque in eamdem naturam lapidis commutatæ, mira quidem res; ſed quæ non in cochleis tantum, ſed & in frequentibus aſteriis, echinis, tum intra Vallemdomnicam, tum apud Romagnanum, & Caſalem conſpicitur.

Præterea neque zoophitorum copia cæteris Italiæ regionibus montes Veronenſium concedunt. Namque Baldus in ſuis ſcopulis plurimos Iſidis aſteriæ articulos; colles, qui Vallipullicellæ adſurgunt, ex lapide, quem ad calcis ſimilitudinem dicunt, congeſta Coralliorum fragmina oſtendunt: multas Matriporas, neque pauciores Tubiporas plures Veronenſium regiones habent, eaſque in onycis naturam converſas, exterius rubentes, interius ſpugnoſas, leves præterea perinde ac ſunt, quas dicunt ſpumas maris.

Neque vero reliquiæ quadrupedum ſive indigenarum, ſive externorum his deſunt Montibus. Quo in genere ſatis fuerit meminiſſe eorum quæ ſcripta ſunt vel de oſſibus Elephantum abnormi magnitudine, & cervorum, cæterorumque animalium ex ferarum, & ruminantium genere, quorum cauſa Romagnani cœmeteria celebrantur; vel de oſſibus Urſi, quæ in ſpecubus montanis ad Sylvam Progni conduntur; quo in loco & mandibulæ Phocarum, oſſeaſque earum formas ferunt reperiri.

Inſignia quoque apud Veronenſes inſecta foſſilia ſunt. Cancri pulcherrimi ex arce S. Felicis, & proxima Valledomnica, & Monte cognomine S. Leonardi, ex Larzano jamdudum famam tulerunt; quibus & Cancri alius generis ex fodinis Veſtenæ addendi forent: ubi & alia jacent inſecta ſane rariſſima, propterea quod ſervari poſſe non videbatur. Reptilium quoque genus, & volatilium ſuas hic reliquias plurimi faciendas compoſuerunt; nimirum aves externæ plumas ſuas, ſerpentes exſiccata cadavera; quibus exponendis in Muſeorum deſcriptionibus locus erit.

Sed copia plantarum, quæ vel lapides

queſtione di piante lapidefatte, e dei loro impronti: e forſe il numero di ſiffatti avanzi delle antiche rivoluzioni terreſtri ſupera, quanto alle ſpecie, quello dell' erbe sì famoſe preſſo i Botanici, che pullulare ſi veggono ſulle cime, e in ſeno alle Valli del celebre *Montebaldo*. I tronchi agatizzati di Larice, di Ulivo, di Faggio, di Fraſſino &c. ſono abbondantiſſimi nelle Valli di *Grezzana*, e *Roſar*. Le medeſime produzioni foſſili riempiono gli alti gioghi di *Breonio*, di *Chieſa Nuova*, di *Prun*, e di parecchi altri luoghi. Quante poi ſiano le felci, e le diverſe piante marine improntate negli ſchiſti del Veroneſe, ſi può più facilmente conoſcerlo preſſo coloro, che ne raccolſero i varj ſaggi, di quello chè eſprimerlo in pochi tratti di penna.

Il compleſſo di tante curioſità naturali, che chiamano a ſe l' attenzione degli Oſſervatori Geologi, è un nulla, per così dire, riſpetto a ciò che di ſtraordinario preſenta in ſe ſteſſa, e ne' ſuoi recinti la montagna dei Peſci. Ivi ſembra che tutti i mari, e tutte le acque dolci ſieno concorſe a depoſitarvi le loro ricchezze; e che il Regno minerale abbia voluto ſingolarizzarſi colla moltiplicità delle ſue produzioni. Sopra tutte le maraviglie di queſto diſtretto tengono il primo luogo le rinomate miniere dei Peſci di *Veſtena Nuova*, Comunità limitrofa a quella di *Bolca*, che ſegna ad Oriente il confine del Territorio Veroneſe col Vicentino. Col nome di *Peſci di Bolca*, atteſa la vicinanza del ſito, furono ſin dal principio dello ſcorſo ſecolo annunziati al pubblico nella deſcrizione de' famoſi Muſei del Conte Lodovico Moſcardo (1), e di Franceſco Calceolari (2). Ne parlarono pure a tal Epoca ne' loro ſcritti Torello Saraina, e Girolamo Fracaſtoro: l'uno Giuriſconſulto, e l'altro celebre Letterato, e Medico di Verona (3): ma fu ſingolarmente al cominciare di queſto ſecolo, che divennero celebri in tutta l'Europa le Cave di tali Peſci per le ricerche del Marcheſe Scipione Maffei, e del Cavaliere Bianchi, non meno che per le oſſervazioni pubblicate intorno ai medeſimi da Sebaſtiano Rotari (4), dal Conte Ferdinando Marſigli (5), dal Valliſnieri (6), da Gio. Giacomo Scheuchzero (7), dall' Arciprete Spada (8); e per fino dalla Reale Accademia Scientifica di Parigi (9).

factæ ſunt, vel ſua in lapidibus veſtigia reliquerunt, præclara monumenta vetuſtiſſimarum terræ commutationum non tot diſſimilibus generibus conſtat, quot certe generibus herbæ ipſius montis Baldi adeo a Botanicis propter plurimas illarum diſſimilitudines celebratæ profecto non diſtinguuntur. Colles Roſarii, & Gretianæ caudicibus abundant fagorum, olearum, fraxinorum, aliarumque arborum. Cacumina Breonii, Eccleſiæ novæ, Pruni, & pleraque alia iiſdem foſſilibus complentur. Quantam vero filicum multitudinem, cæterarumque plantarum maris lapis fiſſilis Veronenſium concretam in ſe ipſo retineat, cognoſcendum eſt, non ex iis, quæ breviter ſcribi poſſunt, ſed ex iis qui plurima earum genera collegerunt.

Complexio tamen tot rerum admirabilium, quæ certe Geologis ſtudioſius inviſenda eſt, ne comparari quidem poteſt cum eo quaſi miraculo, quod mons piſcium tum ex ſe, tum ex proximis clauſtris oſtendit. Omnia illo maria, omnes aquæ dulces divitias condiderunt ſuas; viſque ipſa metallorum & multitudine, & varietate operum ibi fere unicam ſeipſa præbuit. Primus, ibidem obtinent fodinæ piſcium Veſtenæ novæ, locus eſt finitimus Bolcæ, qui orientem verſus agrum Veronenſem a Vicentino dividit; piſces tamen illi a Bolca appellati ſunt jam inde a principio in Muſeo Calceolariano, & Moſcardiano propter locorum proximitatem, quorum etiam per ea tempora mentionem fecerunt Taurellus Saraina, & Hieronymus Fracaſtorius; alter juriſconſultus, alter litterarum ſcientia, & medica facultate clariſſimus: iis tamen fodinis clarior fama percrebuit hoc ſæculo ineunte tum ex ſtudio, & inveſtigatione Maffeji, & Blanchii, tum ex iis, quæ Sebaſtianus Rotarius, Ferdinandus Marſilius, Valliſnerius, Scheuchzerus, Spada, demum Pariſina Academia Scientiarum de iiſdem piſcibus obſervata, litteris prodiderunt.

(1) Muſ. Moſcard. lib. 3. pag. 182. (2) Muſ. Calceolar. Sect. 3. pag. 428. Veron. 1622. (3) Ved. Muſ. Calceol. pag. 407. (4) Deſcriz. di varj croſtacei ec. al Sig. Antonio Valliſnieri. Verona 20. Novembre 1716. (5) Valliſnieri. Opere, Tom. II. pag. 359. (6) De'Corpi Marini ec. pag. 5. 11. Venezia 1721. in 4°. (7) *Piſcium querelæ & vindiciæ*. Tiguri 1708. in 4°. Vedi anche Herbar. Diluv. Tig. 1709. in folio. (8) *Corporum lapidefactorum Agri Veronenſis* Catalogus. Veron. 1744. in 4°. (9) Memoires de l'Académie des Sciences &c. 1703. n. XI.

Il luogo dei Pesci indicato da tutti colla denominazione di Bolca, divenne parimenti il soggetto di molte specolazioni presso alcuni Scrittori Naturalisti dei nostri tempi; parte dei quali credettero di poter comprovare con esso l'esistenza degli antichi Vulcani; e parte la verità dell' universale Diluvio. L' illustre Giovanni Arduino produsse il primo di tutti delle ottime congetture intorno alla formazione vulcanica di siffatte Montagne (10). Questa sua Teoria fu in seguito confermata come cosa di fatto dalle osservazioni del Sig. *Ferber* (11), e da quelle del Cav. *Strange* (12), dell' Ab. *Fortis* (13), del Commendatore *Dolomieu* (14), e di molti altri. Volendo poi il citato Arduino combinare col suo sistema il fenomeno dei Pesci fossili, e delle diverse produzioni marine esistenti nelle prefate Montagne, pensò che queste fossero anticamente una porzione di fondo, o letto del mare, in alto sospinta dalle eruzioni del fuoco.

Itaque regio piscium, quam Bolcam omnes nominant, & Physicorum studia mentesque post hæc tempora occupavit, propterea quod ipsa visa est aliis quidem monumentum vetusti Vulcani, aliis contra vestigium universæ eluvionis. Joannes Harduinus, homo doctissimus, primus omnium sententiam de origine Vulcanica horum montium bonis conjecturis proposuit; postea Ferber, Strange, Fortis, Dolomieus, plurimique alii eamdem observationibus confirmarunt. Quæ opinio ne a piscibus oppugnaretur, cæterisque rebus marinis, quæ eo montium tractu includuntur, illud excogitavit Harduinus, hos quondam montes alvei marini partem fuisse; eosque postea igne fuisse in ea cacumina evectos.

Malgrado le buone ragioni che indussero tanti rispettabilissimi Fisici a riputare il luogo dei Pesci di formazione vulcanica; non mancarono altri, che sulle traccie dello Scheuchzero, e degli Scrittori ad esso contemporanei, presero dalla illustrazione di questo luogo degli argomenti, onde provare la di lui origine da una inondazione marittima simile a quella, che da Mosè fu descritta. Fra questi il Sig. Vincenzo Bozza in una sua Lettera pubblicata nel 1788, accennando parecchie specie di Pesci esotici radunati cogli Europei nelle stratificazioni del Monte in questione, fu di parere, che la loro somma distanza dai luoghi, dove ora tai Pesci vivono, e si propagano, non si potesse altrimenti spiegare, che ricorrendo al Diluvio (15). Nè le osservazioni su tale argomento indirizzate nel 1789 allo stesso Scrittore si allontanano punto da siffatto pensiero; che anzi concorrono a stabilirlo viemaggiormente. Ma di ciò verrà luogo di parlare più a lungo sul fine del Capo III.

Sed quamquam & acuta argumenta, & magna Physicorum auctoritas hanc sententiam defendunt; tamen plerique, auctore Scheuchzero, aliisque Scriptoribus ejus ætatis, in aliam omnino abeunt; atque ex iis quæ in his montibus animadvertunt, ipsi putant alicui maritimæ alluvioni, qualem Moyses narravit, illorum originem adscribi oportere. Inter hos ipse censetur Vincentius Bozza, qui litteris editis anno CIↃIↃCCLXXXVIII scribere non dubitavit, piscium externorum ex remotissimis maribus cum piscibus Europeis in eosdem montis stratos lapides conventum, atque permixtionem una tantum universæ telluris alluvione posse explicari. Nec quæ anno CIↃIↃCCLXXXIX observata sunt, & eidem Scriptori missa, illi sententiæ non omnino consentiunt, aut graviora argumenta non afferunt. Sed de iis longius extremo capite tertio.

Parecchi altri Eruditi, e Naturalisti hanno fatto menzione dei Pesci Lapidefat-

Plerique alii litterati homines, Physicique de Ichthyolithis Veronensium mentio-

(10) Effetti di antichissimi estinti Vulcani. Lettera al Ch. Sig. Antonio Zanon &c. Chiampo 12. Marzo 1769.

(11) Lettres sur la Mineralogie. Strasburg 1776. pag. 23. 27.

(12) Opuscoli scelti di Milano. Tom. I. in 4. Par. 3.

(13) Lettera al Conte Cassini 1785.

(14) Osservazioni, ed annotazioni relative a spiegare, ed illustrare la Classazione metodica di tutte le produzioni Vulcaniche pag. 250. V. opuscoli di Bergman. Tom. 3. Firenze per Giuseppe Tofani 1790.

(15) Dell'universale rivoluzione sofferta dal Globo terracqueo. Lettera al P. Orazio Rota M. O. pag. 12. e seg.

ti del Veroneſe; ma ſenza entrare in diſcuſſioni e dettagli relativamente alla loro origine. Tali ſono il Cav. *Linneo* (16), il *Wallerio* (17), i Signori *de la-Lande* (18), e *Guettard* (19), l' Abbate *Andres* (20), il Conte *Giuſeppe Ginnani* (21), e tutti quelli, che per eſteſo trattarono delle Petrificazioni animali.

Chiunque ſi farà ad eſaminare con attenzione le opere ſin qui rammentate, dovrà confeſſare di buona fede, che manca una ſerie di oſſervazioni complete ſui materiali, che coſtituiſcono il Monte dei Peſci, e quelli dei ſuoi contorni, e che non ſono ancora baſtantemente poſti nel ſuo vero lume i fatti principali riſguardanti l' origine, la ſtruttura, e la poſizione di ſiffatte Montagne. Ecco il ſolo motivo, che obbliga a dover premettere alla ſtoria dei Peſci foſſili del Veroneſe, la Topografia del luogo, dove ſi trovano, e la conſiderazione della generale, e particolare di lui organizzazione, e materia; onde poi coll' eſame delle diverſe opinioni mettere in viſta la più probabile intorno alla formazione del Monte, di cui ſi tratta.

nem fecerunt; prætermiſſa tamen, vel leviter tacta quæſtione de illorum origine; nimirum Linnæus, Wallerius, a-Lande, Guettardus, Andres, Ginnanius; omnes denique, qui de converſione animalium in lapides diſſeruerunt.

Hæc ſunt, quæ de Bolca, ejuſque Piſcibus ſcripta habemus; quæ omnia ſi quis diligenter perlegat, certe bona fide fatebitur, & de materia ejus montis, finitimorumque aliquid obſervandum deſiderari; & quæ illorum originem, ſtructuram, atque poſitionem maxime attingunt, non omnia ſatis fuiſſe declarata. Id unum in cauſa fuit, cur Piſcium hiſtoriæ duo proponerentur; primum loci ipſius, qui piſcium ſedes eſt, deſcriptio; ſecundum inveſtigatio, qua generali, qua propria & materia, & fabricatione idem locus ſit: ex quibus duobus, & diſſentientes de illius origine opiniones cognoſci poſſint; & quæ ſit probabilior dijudicari.

(16) Syſtem. Natur. Tom. III. pag. 159.
(17) Syſtem. Mineralog. Tom. 2. pag. 563.
(18) Voyage d'un Francois en Italie. Tom. 8. pag. 347.
(19) Memoires ſur differentes parties des Sciences &c. Tom. 1. pag. 402.
(20) Cartas familiares &c. 1790. Tom. 3. pag. 321.
(21) Muſeo di produzioni Naturali. Lucca 1762. Par. I. Claſſ. II. pag. 92. 93.

CAPO PRIMO

BREVE TOPOGRAFIA

DEL LUOGO E DEI RECINTI

OVE ESISTONO LE CAVE DEI PESCI

CAPUT PRIMUM

BREVIS DESCRIPTIO LOCI

QUO FODINÆ PISCIUM CONTINENTUR

ATQUE AMBIUNTUR

§ I.

L' Illuſtre Medico Sebaſtiano Rotari ſcrivendo nel 1716 al celebre Vallisnieri ſi propoſe il primo di dare una relazione diſtinta della Montagna dei Peſci eſiſtenti nel Veroneſe, eſſendoſi eſpreſſo intorno a tale ſoggetto nella ſeguente maniera " Il Monte dei Peſci in Bolca . . . è „ poſto tra i noſtri confini, e quelli del „ Vicentino; ha in veduta il mezzogior- „ no; verſo la Plaga ſettentrionale evvi „ la valle; al lembo del Monte, che „ guarda l' oriente, ve n' è un' altra mag- „ giore ſul territorio Vicentino; e verſo „ l' occidente vi è la Chieſa Parrocchiale „ in diſtanza di mezzo miglio. Di ſua „ natura è ſterile, affatto privo di alberi, „ e privo ancora di acqua naſcente. La „ rupe orrida, d' onde ſi traggono d' ogni „ intorno Peſci veri del Mare, erbe di „ varie ſorti, alcuni inſetti volanti, e ta- „ lor anche alcun' altri animaletti terre- „ ſtri, li quali tutti ſchiacciati, quanto il „ più eſſer poſſono, ſi conſervan colà „ dentro imbalſamati a ſecco alla manie- „ ra delle Mummie, ſembra alta 60 per- „ tiche di ſei piedi l' una, o in quel tor- „ no, e larga trenta. Ella va ricoperta di „ non ſo qual terreno arſiccio d' un color „ tirante al roſſo, ed è fatta tutta a laſtre, „ e a ſottili ſfoglie l' una ſovrappoſta all' „ altra, quantunque in alcune parti ſem- „ bri al di fuori lavorata di un getto ſo- „ lo. Tutti i ſopraddetti ſtrati, che qui „ *Corſi* ſi chiamano, corrono il piano qua- „ ſi orizzontalmente piegando eſſi un qual- „ che poco verſo il pendio del medeſimo „ Monte. „ &c. (1)

(1) Vallifn. Oper. Tom. 2. pag. 310.

§ *I.*

Jam ab anno CIↃDCCXVI *Sebaſtianus Rotarius clariſſimus Medicus in epiſtola ad Vallisnerium illud ſuſcepit, ut Montem Piſcium in agro Veronenſi poſitum plane deſcriberet, quod & præſtitit his verbis: " Mons Piſcium, ait, Bolcæ ſitus eſt inter noſtros & Vicentinorum fines: meridiem ſpectat; a ſeptentrione „ in vallem dehiſcit: ab oriente vallis alia „ longe major in agro Vicentino montem „ extremum claudit: demum verſus occidentem templum pagi a monte quingentis paſſibus diſtat. Solum ſterile omnino eſt, nullis arboribus, nullis etiam fontibus. Rupes quædam horrida „ alta pedes* CCCLX*, ſi viſui creditur, „ lata vero pedes* CLXXX *eminet; ex qua „ tota marini piſces, plura herbarum genera, aliqua inſecta volatilia, nonnulla „ etiam terreſtria animalcula effodiuntur; „ compreſſa omnia quam maxime, atque „ exſiccata: ipſa obducitur terra arida, „ pene rufa; tota vero ex laminis lapideis, „ quin immo & bracteis compacta eſt, aliis aliis ſuperpoſitis; exterius vero alicubi non commiſſa, ſed ſolida omnino videtur. Hi ſtrati lapides, qui apud noſtros* Curſus *appellantur, fere ad horizontem poſiti per rupem excurrunt; niſi quod cum monte declives paululum „ inclinantur. „*

Le offervazioni efpofte, quantunque partano da un Naturalifta a' fuoi tempi riputatiffimo, pure non è da maravigliarfi, che rimangano in qualche parte convinte d'inefattezza da quelle del celebre Conte Ferdinando Marfiglj fucceffivamente comunicate al medefimo Vallifnieri: giacchè il Rotari fpontaneamente dichiara nel fine della fua defcrizione di aver offervato in fretta, ed alla sfuggita il fuddetto Monte dei Pefci; motivo per cui rimaneva in lui il defiderio di ritornare ful luogo, e di rinnovarvi le fue ricerche.

Hæc Rotarius, fed quamquam magnus ipfe Phyficus per ea tempora haberetur, tamen fi qua in re eum falfum fuiffe Ferdinandus Marfilius deinceps oftendit, nemo miretur. Namque idem Rotarius extrema fua defcriptione fatetur fe pene currentem Montem Pifcium invififfe, neque contento unquam animo fe futurum, nifi montem illum rurfum repeteret, atque diligentius luftraret.

§ II.

Il Conte Marfiglj portatofi nel 1727 fu la fteffa Montagna, che egli chiama col nome degli abitanti *Laftrara*, annunzia primieramente effere quefta fituata *fuora della Terra di Bolca ne' Monti del Veronefe fui confini col Vicentino* (2); quantunque leggafi da principio per isbaglio forfe di ftampa, *nel Territorio di Bolca confinante col Vicentino*, in vece della efpreffione *nel Territorio di Verona ec.* Dice in fecondo luogo, che la Laftrara *è pofta a capo di una lingua di terra da due parti cinta da rivoli... che al di lui piede fi unifcono formandone un altro maggiore*; e in terzo luogo accenna, che *nella fuperficie ha la foftanza pietrofa coperta dalla fottil cute di terra, crefcendovi piccoli arbufcoli, ed erbe comuni.* Le quali cofe, come ognun vede, non combinano con quanto fcriffe il citato Rotari intorno alla località, e ftruttura di detto Monte.

§ *II.*

Cæterum Marfilius, a quo anno CIↃIↃCCXXVII *idem locus invifus eft, atque nomine ab incolis ufitato* Laftrara *appellatus, ipfe inquam ad eumdem Vallifnerium fcribens tria refert a Rotarii defcriptione prorfus aliena. Primum eft* locum illum extra pagum Bolcæ in montibus Veronenfium ad Vicentinorum limites fitum effe. *Nam quod apud eumdem Marfilium principio legitur* in agro Bolcano, *id certe corruptum eft fortaffe errore typorum, legendumque eft in agro Veronenfi. Secundum eft* eumdem locum in extrema terræ lingua pofitum duobus hac illac rivulis circumiri, qui ambo fub ipfum conjunguntur, & confluunt. *Tertium denique* fummam petram circumveftiri quadam quafi cuticula terræ, ex qua arbufcula frutificantur, & vulgares herbæ. *Hæc tria fane non conveniunt cum iis, quæ de fitu montis ejusdemque ftructura Rotarius vulgaverat.*

§ III.

Verfo il 1746 una nuova topografia dello fteffo luogo fu pubblicata dall' Arciprete Spada nel fuo Catalogo dei Corpi lapidefatti del Veronefe. Ma quanto fia quefta inefatta, può ognuno facilmente conofcerlo dall'aver egli fegnato nella fua Carta il punto d'oriente ov'è l'occidente, e fatto un folo monte della *Laftrara*, e di *Bolca*; quando fi fapeva già per le offervazioni del Conte Marfiglj, che la *Laftrara* è collocata fuori della terra di Bolca (3). Lo Spada raccoglitore diligentiffimo di tutte le curiofità naturali della fua Patria fi occupò di propofito nella

§ *III.*

Sed novam illius montis topographiam circa annum CIↃIↃCCXLVI *Spada edidit in fuo Indice lapidefactorum Veronenfium. At quam longe ipfe a veritate difcedat, facile quifque noverit, fi duo tantum animadvertat. Nam primum oriens ibi occidentis fitum occupat; hoc contra illius; deinde Bolca, et Laftrara unus, atque idem mons funt: attamen ex Marfilio conftabat Laftrara extra Bolcam locatam effe. Præterea Spada fuo in cathalogo illud unum curavit, ut diffimilia genera, fpeciefque lapidefactorum diftingueret, quibus Patria fua præftat, quæque ipfe fumma diligentia col-*

(2) V. fpiegaz. della Fig. I. Vallifn. T. 2. pag. 362. Par. I

(3) Vallifn. loc. cit.

descrizione minuta delle varie qualità, e specie d' Impietrimenti; e aggiunse poi per semplice erudizione nel suo Catalogo la carta topografica della montagna dei Pesci, quale da un suo corrispondente Naturalista (4) gli venne comunicata; non essendo presumibile ch' egli medesimo siasi portato a verificarla colle proprie osservazioni sul luogo, in cui la posizione delle cave trovasi diametralmente opposta alle indicazioni di siffatto disegno.

legerat; loci vero imaginem, qualem a familiari Physico acceperat, quasi eruditum ornamentum cathalogo adjunxit; neque illud quis suspicari potest, quod ipse montem adierit, ut imaginem cum veritate conferret, altera enim alteri adversatur vel in ipsa fodinarum positione.

§ IV.

Gli errori in punto della località delle cave suddette, ne' quali caddero i mentovati Scrittori, quantunque fossero stati corretti dalle poc' anzi accennate osservazioni del Conte Marsiglj, furono nondimeno cagione, che la maggior parte dei Naturalisti, e dei Viaggiatori attribuissero agli Ittioliti del Veronese la falsa denominazione di Pesci del monte Bolca; nome, che anche attualmente sussiste nelle opere dei moderni.

§ IV.

Hic error de regione fodinarum quamquam a Marsilio emendatus fuisset, tamen in causa fuit, cur Ichthyolithi Veronenses a plerisque Physicorum Pisces Bolcani sint appellati; quod falsum nomen nunc etiam apud Scriptores obtinet.

§ V.

Per avvertire una simile svista seconda a dì nostri di mille stravaganti supposizioni basterebbe consultare su questo proposito il celebre Marchese Scipione Maffei, ove descrive i due differenti Comuni *Vestena*, e *Bolca*, e parla del luogo dei Pesci fossili nella seguente maniera. « Dove confinano, egli dice, le monta„ gne nostre con le Vicentine nel tener „ di Vestena nuova, ma più verso il vil„ laggio di Bolca, intorno alla metà del„ la grande altezza considerata dall' ulti„ mo fondo alla cima trovasi quasi un „ piccol promontorio, dalle lastre delle „ quali pare in parte composto, chiama„ to da' Paesani il *Lastraro*... Or facen„ do in questo sito tagliare a falde la pie„ tra, avvien bene spesso che nello spac„ carsi ci si trovi dentro un Pesce indu„ rato „ &c. (5). Ma la pianta generale del luogo, che siamo qui per dilucidare, meglio dimostrerà da se stessa le differenze, ed i giusti confini, che passano tra il monte Bolca, e quello delle cave dei Pesci.

§ V.

Quem tamen errorem, a quo plurimi alii profluxerunt, facile erat cognoscere ex descriptione utriusque pagi Vestenæ, *&* Bolcæ, *quam Scipio-Maffejus exhibet; in qua & de situ Piscium hæc habet: « qua „ parte, inquit, montes nostri cum Vicen„ tinis continuantur, in agro, qui ad Ve„ stenam novam pertinet, propior tamen „ Bolcæ est, ad mediam montium altitudi„ nem, eam scilicet, quæ ex imo fundo „ ad summum cacumen spectatur, parvum „ quasi promontorium excurrit ex lapideis „ laminis compactum, atque inde a ruri„ colis* Lastrarium *dictum... Hoc in situ „ si quis lapides in laminas cædat, sæ„ pius accidit, ut discisso saxo piscem ex„ siccatum inveniat „. Verum quid inter utrumque montem intersit, qui sint utriusque fines, planius quisque intelliget ex topographia universæ regionis, quam demonstrandam aggredimur.*

(4) Il celebre Signor Giovanni Arduino.

(5) Veron. illustrat. 1732. Part. III. pag. 113. e 114.

§ VI.

Bisogna fissare prima di tutto come punto di fatto, che *Vestena e Bolca* sono due Comuni del Veronese dalla parte del Vicentino entrambi distinti non solo per termini di giurisdizione, ma anche per qualità di montagne, e di produzioni. Il Comune di *Bolca* scorre da ponente a settentrione (Tav. I.); e la montagna del suo villaggio, di cui vedesi pubblicato il disegno nell' opera di Monsieur Strange (6), si unisce coi monti *Marana*, i quali declinano nella catena delle Alpi della Germania. Sotto questa linea verso le falde meridionali del monte *Postale* ritrovansi le *Case Rigoni*, e successivamente in confine col monte *Altissimo* quelle dei *Brusaferro*. Più addentro dalla parte del Nord-ovest avvi il luogo denominato *Urle;* e al Nord-est sul pendio dell' *Altissimo*, che guarda verso la linea di Sud-ovest esistono le case *Gromenada*, e *Alla valle*, presso le quali discendendo dal monte incontrasi alla distanza di circa sessanta passi geometrici il letto del torrente *Ciampo*.

§ VI.

Principio statuendum est Vestenam & Bolcam *duo Veronensium communia esse, alterum ab altero divisum non modo limitibus juris, sed & natura montium, earumque rerum, quas terra gignit. Commune Bolcanorum ab oriente in septentrionem extenditur; mons vero ipsorum, cujus imaginem Strange edidit, cum* Maranis *montibus continuatur in Germanicarum alpium descensu. Pone hunc limitem versus pedem meridianum montis* Postalis *casæ* Rigonorum *sitæ sunt, deinceps in confinio montis* Altissimi *casæ hominum, quos* Brusaferro *dicunt. Interius e regione inter boream, & occidentem is locus est, quem* Urle *appellant. At e regione, quæ inter boream, orientemque media est supra declive* Altissimi, *quod contra lineam a meridie ad orientem ductam respicit, domus sunt* Gromenadarum, & A-valle; *infra quas post declive passuum geometricorum circiter sexaginta alveus* Ciampi *torrentis substernitur*.

§ VII.

La Comunità di *Vestena nuova* è situata tra mezzogiorno e ponente in vicinanza di quella di *Bolca*; essendo l' una dall' altra divisa dallo *Scaranto maestro*, in cui colano i diversi rigagnoli di tali Monti; il quale Scaranto dal nome della valle, ove scorre, fu dal Conte Marsiglj chiamato col titolo di *Canale del Reper*. Fralle pertinenze di questo luogo in distanza un miglio all' incirca dalla montagna, e villaggio di *Bolca* nella discesa di 242 passi geometrici dal sito detto la *Purga*, avvi la famosa montagna dei Pesci denominata *Lastrara*, la di cui altezza è di 38 tese di Francia, con 35 di larghezza alla base, e 17 alla cima. Essa è bagnata all' intorno da due confluenti dello *Scaranto*, l' uno all' Ovest, che ha il nome di *Rivolo*, l' altro al Sud-ovest, che viene volgarmente detto il *Vajolo*. Al termine di *Vestena nuova* dalla parte di oriente veggonsi le *Case Cavaliere*, che sono poste nel Vicentino non molto lunge dal sito preciso, ove lo *Scaranto* va a scaricarsi nel *Chiampo*.

§ VII.

Commune Vestenæ novæ *inter meridiem, & occidentem positum est proximum communi Bolcanorum; utrumque enim* Scaranto majori *terminatur; in quem amnem ex montibus utriusque aquæ dilabuntur. Hunc vero a valle, quam præterfluit,* Alveum Reperi *Marsilius cognominaverat. Intra fines pagi hujus mons Piscium fama notissimus, quem* Lastraram *dicunt, continetur: procul a pago Bolcæ, ejusque monte passus mille circiter a loco, qui* Purga *nominatur, inferior passus geometrarum* CC. XLII. *: ejus altitudo thensæ gallicæ triginta octo; latitudo triginta tres; ad cacumen septemdecim. Circum alluitur duobus rivulis; altero contra occidentem, qui proprie rivulus dicitur, altero contra eam cœli regionem, quæ ab occidente in meridiem vergit, & apud incolas* Vajolus *nominatur, qui in Scarantum ambo confluunt. Porro ad limites Vestenæ novæ versus orientem domus* Cavalieræ *in agro Vicentinorum conspiciuntur, non illinc longius, ubi in* Ciampum *Scarantus evolvitur*.

(6) Memorie sui Monti Colonnarj, ed altri fenomeni Vulcanici dello Stato Veneto. Mil. 1777. in 4.° Tav. VIII.

§ VIII.

Il Villaggio di *Bolca*, che ſtabiliſce generalmente preſſo i Naturaliſti il punto fiſſo delle Cave dei Peſci, è ſituato al Nord-eſt di Verona in diſtanza dalla Città 20 miglia, ove vanno ad unirſi col Vicentino i monti del ſuo Territorio. Scegliendo il cammino dalla ſtrada maeſtra precedono da Verona alle falde dei monti ſuddetti 12 miglia di amena pianura, ſparſa di ciottoli rotolati di calce sfiorita, di baſalto nero, di porfido ec., ed avente da un lato l'eminenza dei due colli baſaltini di *Caldiero*, dall'altro il letto dell'ampio torrente d'*Illaſio*, che ha la ſua origine dalle montagne di Nord-oveſt congiunte a quelle di *Bolca*.

§ VIII.

Sed locorum deſcriptionem a Verona ad ipſum montem proſequamur. Pagus Bolcæ, qui apud Phyſicos locus fodinarum Piſcium eſt, procul ab ea urbe verſus cœli plagam, quæ a borea in orientem convertitur, viginti millia paſſuum ſitus eſt in confiniis montium Veronenſium, & Vicentinorum. Si per viam regiam iter ſuſceperis, ab urbe ad radices eorum montium millia paſſuum duodecim confeceris per planitiem non injucundam; ſaxibus enim fluitatis ex calcario lapide fatiſcente, ex baſalte nigro, ex porphyritide ea tota diſtinguitur. Collibus Calderii *duobus ex baſalto hinc obvallatur, illinc alveo torrentis* Illaſii *latiſſimo: hujus origo a montibus inter boream, & occidentem poſitis, qui cum montibus Bolcanorum continuantur.*

§ IX.

Preſſo la Villa denominata *Tregnago*, ceſſato il piano, incomincia la ſalita dei monti. I primi ſono compoſti di una litomarga ſchiſtoſa di color cenerino; e la ſteſſa ſtratificazione proſegue ſotto diverſe tinte ſino a *Veſtena vecchia*, dove hanno principio i monti fabbricati di baſalto e di pietra cornea. Sono in eſſi, come anche nei precedenti, rimarcabili le piriti di ferro, e le ematiti criſtallizzate, entrambe in figura di globi, ed incaſtrate dentro i macigni, oppure qua e là diſperſe alla ſuperficie per lo sfiorimento delle pietre, che le contenevano. All'ingreſſo di *Veſtena nuova*, poſta all'eſtremità della precedente, preſentaſi la belliſſima valle dei *Stanghellini*, la quale è ſolcata da un ramo dello *Scaranto* con alcune caſcate di acqua dai fianchi formati di altiſſime ſtratificazioni perpendicolari di baſalto nero in figura di colonne quadrangolari. Il proſpetto di queſta valle non è più quello di un tempo, quando fu viſitata, e fatta diſegnare da Monſieur *Strange*, e baſta conſultarla col tipo pubblicato da queſto Naturaliſta per rilevarne la differenza portatavi recentemente dalla ſola alternativa delle ſtagioni.

§ IX.

Prope Termniacum *ex planitie montes eriguntur. Primos eorum lithomarga fiſſilis coloris cinerei conſtruit: eadem ſtrati lapidis ratio uſque ad* Veſtenam veterem, *alio tamen atque alio colore: ibi montes incipiunt ex baſalto nigro & lapide corneo. Attamen in utroque montium genere inſignes ſunt pyritæ ex ferro, hæmathytæ in chryſtalli formam, utræque in ſaxis inſertæ, vel iis diſſolutis, & confectis per humum diſſectæ. Ex Veſtena veteri, novam adeuntibus (nam finitimæ ſunt) vallis* Stangellinorum *pulcherrima objicitur. Columnis altiſſimis ex basalto, figura quadrata evectis ad perpendiculum latus vallis utrumque conſtruitur, a quibus ramus Scaranti huc illuc decidens omnem irrigat vallem: cujus tamen proſpectus intra paucos annos valde immutatus eſt, ſola tempeſtatum viciſſitudine, etenim ab ea imagine ejusdem vallis, quam Strange edidit, plurimum differt.*

§ X.

Dalla valle dei *Stanghellini* procedendo verſo la parte del Nord rimangono ancora due miglia di cammino montano

§ X.

A qua valle duo paſſuum millia arduæ viæ verſus ſeptentrionem progreſſus radices montis B. demum attigeris, qui

avanti di giungere alle radici del monte B (Tav. II. fig. I.), denominato la *Purga di Bolca*. Varcata la linea T *p*, ove la *Purga* costeggia coll' angolo del monte D, ritrovasi una miniera di Carbone di terra, la di cui matrice viene somministrata da uno schisto alluminare in sottilissime lamine di color cenerino dipinto sovente a fascie circolari di color giallo in forma di onice. Il carbone di questa cava lucido quanto il gagate, e tutto intrecciato di vene di pirite marziale, estendesi sotto terra dal Nord-ovest al Sud-ovest fino alla valle della predetta montagna.

mons Purga Bolcæ *cognominatur. Prætergressus vero tractum T R, ubi* Purga *proxime angulum montis D ambit, ibi fodinas carbonis terræ offenderis. Matricem huic præbet lapis fissilis alluminarius ex tenuissimis bracteis colore cinereo; quem tamen fasciolæ flavæ, non secus ac in onyce fit, in circulum ductæ non raro distinguunt. Carboni huic instar gagatæ lucidissimo venæ pyritæ martialis innectuntur: ipse vero ab hoc loco usque ad vallem ejusdem montis sub terram excurrit inter eas plagas, quarum alia inter boream, & occidentem, alia inter hunc & meridiem media est.*

§ XI.

Apre l'ingresso nella valle di *Bolca* il disastroso cammino *p n*, che fa precipitosamente discendere fino alle case dei *Brusaferro*, dalle quali, internandosi sempre più nel profondo, giungesi allo *Scaranto* L, che divide le pertinenze di *Bolca* da quelle di *Vestena*. Ivi comincia la salita sul monte C diviso al Nord-ovest ne' tre scogli adjacenti Q F V, pei quali dalla Plaga Q S si monta in vicinanza di N, dove hanno principio le Cave dei Pesci. Più sotto veggonsi le due altre Cave E O praticate in mezzo agli strati del monte; e per contro alle medesime, varcato il precipizio M, cui bagna nel più profondo un rigagnolo dello *Scaranto*, sporge il piccolo promontorio G, dovizioso anch'esso di Pesci fossili, e fabbricato della medesima pietra, di cui sono intessute le tre Cave predette.

§ XI.

Aditur in vallem Bolcanorum aspero sane itinere p n *eodemque præcipiti usque ad casas gentis, quam* Brusaferro *diximus appellari, sub quas, inferiori & profundiori loco fluit Scarantus L, quo amne commune Bolcæ dividi a commune Vestenæ admonuimus. Inde ascensus in montem C, qui qua parte inter boream, & occidentem respicit trifida rupe prominet Q F V, per quam via Q S prope clivum N scanditur; incipiunt ibi fodinæ Piscium. Præter has duæ itidem fodinæ inferius erutæ sunt inter strata montis lapidea; contra quas ultra præruptum locum M, quem imum rivulus Scaranti alluit parvum extat promontorium G, ex lapide eodem fodinarum, quas nominavimus, magna pariter Piscium fossilium copia.*

§ XII.

Per la via di G M mediante una rapida discesa, e salita inoltrasi il passo nella montuosa campagna P; dalla quale, volgendo lo sguardo verso la linea di occidente, s'apre la bellissima prospettiva della *Lastrara*, e di tutte le principali montagne de' suoi contorni (Tav. II. fig. II.). In faccia a lontana distanza vedesi il monte B ossia *la purga di Bolca* tutta seminata di basalti in colonne colla piccola chiesa T dalla parte di Sud-ovest, e da quella di Nord-ovest il promontorio D, o monte *Postale*. Al fianco destro verso il settentrione sorge la montagna A por-

§ XII.

Tandem per semitam G M descensu, & ascensu minime leni in campum montis P pervenitur. Ibi contra occidentem spectanti prospectus Lastraræ *pulcherrimus, & finitimorum montium, qui primores habentur, omnino patet. Etenim inter meridiem, & occidentem mons B, quem* purgam Bolcæ *nuncupavimus, procul ostenditur columnis ex basalto distinctus, & sacello T inter septentrionem, & occidentem promontorium D, sive* Postalis *mons: dextrorsum erga boream supereminet jugum A pars montis* Altissimi*: ibi congeries tres ex marna calcaria strata singulas habent*

zione del monte *Altissimo*, dove esistono le tre Cave di Pesci H I K in altrettanti massi distinti di marna calcaria stratificata. Nel sinistro lato dalla parte del Sud avvi l'intiera facciata del monte C, chiamato *Lastrara*, la di cui sommità è adorna di eleganti gruppi di boschereccie, e dove fra la congerie di rottami pietrosi, ed ammonticchiati, veggonsi le tre bucche N O E, donde si estraggono gl'Ittioliti. Frammezzo ai quattro monti C B D A, che dalla parte occidentale di *Vestena nuova* formano l'amena veduta del luogo dei Pesci, trovasi una profonda, ed angusta valle, tutta dirupata da scogli, e da sassi voluminosi di vario genere somiglianti ai macigni *v x z y*; tra' quali zampilla colle sue diverse diramazioni il canale maestro dello *Scaranto* L, posto fra i due accennati Comuni.

fodinas Piscium H L K. Sinistrorsum, erga austrum montis C, hoc est Lastraræ frons tota occurrit: in ejus jugo scenæ ex fruticetis pulchræ visu: præterea inter acervos fractorum lapidum tria cava N O E celeberrimæ Ichthyolithorum fodinæ. Postremum inter quatuor hos montes, qui simul jucundum regionis Piscium adspectum a Vestena nova accedentibus præbent, angusta et profunda vallis dehiscit, per quam & scopulis, & ingentibus saxis (dissimilia ea sunt genere, & magnitudine, qualia sunt saxa v x z y *) omnino diruptam Scarantus major inter pagos, quos diximus, multis rivulis manat.*

§ XIII.

A' piedi della grande Montagna C, le di cui miniere furono tutte dalla Serenissima Repubblica di Venezia concesse in proprietà del Sig. Marchese Francesco Maffei, e di lui successori (già l'illustre Marchese Scipione Maffei molto tempo prima ne aveva comprato il fondo), scorre un altro piccolo confluente dello *Scaranto* suddetto, che porta volgarmente il nome di *Vajo*, il quale divide le Cave dei Pesci detti impropriamente di *Bolca* dalle limitrofe denominate di *Vestena*. Una di queste ultime è praticata nel promontorio G situato nei beni di Paolo Cracco, ora posseduti dal Nobile Signor Conte Giovanni Battista Gazola, ed altre rimangono tuttavia da tentarsi; come io penso che lo stesso si possa dire anche dell'*Altissimo* non meno che di tutta l'estensione della *Lastrara*, giacchè siffatte pendici, divise accidentalmente fra loro dalla descritta valle, e dai varj canali dello *Scaranto*, hanno tutti gl'indizj di essere state in origine un monte solo spezzato forse in più parti dalla catastrofe delle posteriori rivoluzioni.

Ecco in breve la Topografia distinta del luogo dei Pesci naturalmente imbalsamati del Veronese, sulla quale avremo occasione di ritornare più volte nel decorso dei seguenti Capitoli.

§ XIII.

Magni radices montis C (cujus fodinas omnes Francisco Maffejo Venetus Senatus in possessionem concessit: Scipio enim Maffejus clarissimus Francisci patruus jam pridem illarum fundum coemerat), magni inquam radices montis tenuis item Scaranti rivus attingit: vulgo Vajus *dicitur. Hic fodinas piscium, qui improprie* Bolcani *audiunt, a finitimis Vestenæ dividit. Harum una in promontorio G nuper inventa est in possessione olim Pauli Cracchi, nunc vero Comitis Joannis Baptistæ Gazola. Sunt ibi nunc etiam plura loca quæ tentantur; nec ibi solum, sed et in* Altissimo, *& omni* Lastrara. *Nullum enim indicium deest, ex quo coniici oporteat, quæ nunc juga, & valle, quam descripsimus, & multis Scaranti alveis divisa sunt, unum ab origine montem fuisse, posteris deinceps commutationibus in plures partes diffissum.*

Sed jam Veronensem locum Piscium, quos natura consepultos servavit, satis designasse videmur, atque omnia quidem breviter, tamen singula persecuti. Hanc descriptionem in capitibus, quæ sequuntur, sæpius repetemus.

CAPO SECONDO

DEI MATERIALI, STRUTTURA, E POSIZIONE

DEI MONTI DI VESTENA, E BOLCA,

ED IN PARTICOLARE DELLA MONTAGNA DEI PESCI.

CAPUT SECUNDUM

DE MATERIA, STRUCTURA, POSITIONE

MONTIUM BOLCÆ, ET VESTENÆ,

MAXIME VERO MONTIS PISCIUM.

§ XIV.

Non ſi può paſſare ad alcuna ragionevole congettura ſulla formazione delle montagne, e ſull' origine delle loro petrificazioni, ſe prima non ſi conſideri attentamente la qualità, e la natura dei materiali, di cui ſono compoſte. I monti del veroneſe ſono generalmente fabbricati o di pietra calcaria, oppure di una litomarga ſtratificata, che ſembra eſſere ſtata in origine pura ſelce. Ma quelli di *Veſtena nuova*, e del villaggio di *Bolca* ſi partono dal generale impaſto degli altri, nè conſervano che pochi, e ſmarriti avanzi di uniformità, e di rapporto co' ſuoi limitrofi. Sembrano eſſi diffatto una modificazione operata da poſteriori rivoluzioni del Globo; e volendo giudicare dall' aſpetto fuliginoſo di queſti monti, non è inveriſimile il riputarla un prodotto del fuoco.

§ XIV.

Nihil unquam de origine montium, aut formatione lapidum recte conjeceris, niſi genus, naturamque materiæ, qua illi conflati fuerint, prius diligenter cognoveris. Montes veronenſium univerſi, aut lapide calcario ſunt, aut lithomarga fiſſili, quæ tamen ſilex a prima origine fuiſſe videtur. At montes Veſtenæ novæ, *&* Bolcæ *ex alia prorſus maſſa ſunt, & ſi qua finitimorum montium retinent, ea & pauca omnino ſunt, & deformata. Profecto immutationem quamdam iidem ſubiſſe cenſendi ſunt tempore poſteriori; quam, ſi ex fuligine exteriori volumus judicare, ab igne allatam fuiſſe, non temere crediderimus.*

§ XV.

La pietra, che domina in quaſi tutti i monti di *Veſtena*, e *Bolca*, e in quelli parimente de' ſuoi contorni è il baſalto in maſſa concreta, oppure criſtallizzato, come comunemente ſi chiama. I tre luoghi marcati dai viaggiatori per la rarità delle forme di tal macigno ſono la *valle dei Stanghellini*, il *monte di S. Gio. Ilarione*, e la *purga di Bolca*. Eſſi non ſono inteſſuti, che di puro baſalto, il quale preſenta delle colonne di ſmiſurato volume per lo più di ſei lati, o ſei faccie, ma

§ XV.

Hos ſiquidem montes, & contiguos baſaltes præſertim occupat, iſque vel maſſa amorpha, vel, ut ajunt, forma chryſtallorum. Sed tria maxime loca rara hujus lapidis forma nobilitat, vallem Stanghellinorum, montem S. Joannis Hilarionis, purgam Bolcæ; *quæ tria loca unicus baſaltes conſtruit, ingentibus concretus & diſtinctus columnis, figura fere ubique exagona, non nuſquam etiam pentagona, vel quadrilatera, vel triangulari. Columnæ omnes ſtant ad perpendiculum; niſi quod*

ſpeſſo anche pentagone, quadrilatere, oppure triangolari. La poſizione di queſte colonne è perpendicolare all' aſſe dei monti: quelle però di *S. Giovanni Ilarione* declinano alquanto verſo la linea d'orizzonte, e ſporgendo in fuori verticalmente dalla montagna ſembrano ſtate ſmoſſe o per legge di gravità, o per qualche ſtraordinario evento dal loro primo punto di appoggio.

in monte S. Joannis *non nihil ad horizontem inclinantur, & prominent contra vallem, quod vel gravitatis vi, vel alia cauſa a prima poſitione deflexerint.*

§ XVI.

Conſiderando, e fra loro ponendo a confronto i ſuddetti baſalti, ſi trovano delle differenze notabili tra gli uni, e gli altri riſpetto al teſſuto, ed alla natura della loro compoſizione. Il baſalto della *valle dei Stanghellini* è nero, di grana terroſa, poco ſcintillante all' acciajo, pieno di ferro, abbondantiſſimo di terra alluminare, e ſcarſo di ſelce. Tutto il contrario è del baſalto della *purga di Bolca*, al quale avvicinaſi qualche poco quello di *S. Gio. Ilarione*. Eſſo ha colore di fegato tendente al bruno; è di teſſuto finiſſimo, ed uniforme; non abbonda molto di ferro, come di ſelce, di magneſia, e d'argilla; batte fuoco vivacemente quanto il diaſpro, e meno del nero reſiſte alla decompoſizione, e alla fioritura. Il baſalto di *S. Gio. Ilarione* è di colore piombino ſcuro, e chiude ſovente dentro di ſe de' globetti di ſpato calcario, eſſendo fra tutti il più ſcarſo di ferro, e il meno ſcintillante battuto coll' acciarino.

§ *XVI.*

Præterea iidem baſaltæ alii ab aliis differunt & genere, & quaſi textu partium, quibus ſinguli conſtant. Baſaltes ex valle Stanghellinorum colore nigro eſt, ſuperficie aſpera ex terreis granis: paucas ex eo ſcintillas calybs excudit; ferro confertus eſt, multa etiam terra alluminaria, exiguo ſilice. Secus omnino baſaltes ex Purga: nam colore hepatem imitatur, magis tamen fuſco; textu tenuiſſimo, & conſtanti: plus habet argillæ, ſilicis, magneſiæ, quam ferri: ignem emittit vividum, perinde ac iaſpis; nigro tamen baſalte facilius diſſolvitur, ac fatiſcit. Huic ſimilis aliquatenus eſt baſaltes ex S. Joanne Hilarioni, ſed colore plumbeo obſcuriori: non raro continet ſpathi calcarei globulos: præ cæteris minus habet ferri, minuſque ignis, ſi calybe excutiatur.

§ XVII.

Che la figura colonnare di tutti queſti baſalti ſia l' opera di una regolare criſtallizzazione della loro materia, come alcuni aſſerirono, ſembra che debbaſi dubitarne molto per le ſeguenti ragioni. Primo: non è preſumibile, che una maſſa eterogenea poſſa criſtallizzarſi ſenza una precedente diviſione delle ſue parti in molecole infinitamente piccole, dall' adeſione delle quali ne' punti del loro naturale contatto riſorge ſempre un compoſto a particelle impalpabili affatto diverſo dalla teſſitura granelloſa, che riſcontraſi nei baſalti. Secondo: la figura regolare di qualſivoglia pietra viene in conſeguenza o di una diſſoluzione perfetta della materia,

§ *XVII.*

Utrum vero in figuram columnæ ii baſaltæ concreverint, vi ejus cohæſionis, qua materies in cryſtallos cogitur, nec ne tria ſunt, quæ afferunt dubitationem. Primo enim illud credi non poteſt, maſſam ullam ex multiplici materia poſſe ad cryſtallorum rationem componi, niſi tenuiſſimæ ejus atomi antea ſecretæ aliæ ab aliis fuerint; ex qua ſecretione fit; ut cui poſtea eadem atomi naturali vi cohæſerint, tale corpus fiat, cujus partes tactu percipi nequeant: atqui baſaltæ textura granoſa ſunt. Secundum: figura conſtans cujuſque lapidis fit aut diſſolutione totius materiæ, qua ille componitur, aut fuſione ejuſdem, quæ paullatim frigeſcat. At quicumque ſcriptores

che la compone, ovvero di una fuſione compiuta, ſeguita dal lento raffreddamento della medeſima: ciò che non combina con i principj aſſegnati alla geneſi dei baſalti da quegli Scrittori, che li tengono per criſtallizzazioni vulcaniche. Terzo: non può aſſolutamente darſi, che dalla ſteſſa maſſa, ed impaſto ſortano criſtallizzando delle figure incoſtanti ora di tre ſoli angoli, ed ora di ſei, e ſpeſſo anche di quattro, oppure di cinque, come ſono i baſalti, di cui ſi tratta. Pare dunque molto più veriſimile, che la configurazione colonnare di tali baſalti abbia avuto principio dall'induramento della loro maſſa in origine ſemifluida, o limaccioſa, per cui, riſtrette in minor ſpazio le ſue parti integranti, ſiaſi fenduta perpendicolarmente in porzioni triangolari, quadrate, pentagone, eſagone ec., come vediamo tutto giorno accadere delle maſſe limoſe rimaſte in ſecco a proſciugarſi ſotto il calore dell'atmosfera.

arbitrati ſunt baſaltem in cryſtallos ex igne cohæſiſſe, ſecus omnino eumdem genitum fuiſſe conſtituunt. Tertium: denique illud fieri prorſus nequit, ut ex eadem maſſa cryſtalliſationis ope diſſimiles figuræ exiſtant, nempe ſex, aut quinque, aut quatuor, aut trium angulorum: quod in baſalte, de quo quærimus, factum eſt. Remanet igitur, ut non temere conjiciatur, hanc materiem, ſeu maſſam ab origine quaſi fluidam, aut limoſam, cum poſtea ipſa obdurata, atque arctius coacta eſt, ad perpendiculum diffiſſam fuiſſe in eas figuras, quas diximus, quod in limo quotidie fit, quem ſiccatum hiare videmus.

§ XVIII.

Non meno dei baſalti ſono nei contorni di *Veſtena e Bolca* frequenti certe altre pietre, che hanno dei caratteri di ſomiglianza colle produzioni vulcaniche. Egli è ſoprattutto nei diſtretti del monte detto la *Purga*, dove congregati ſi veggono degli ammaſſi cenerognoli di tritumi indurati, delle pietre cellulari roſſe in forma di ſcorie, e degli aggregati di una terra violetta corriſpondente nella ſua forma, ed impaſto alla pozzolana dei veri vulcani. Alcune di queſte maſſe ſono ripiene di globetti biancaſtri di zeolite fibroſa, e di ſpato calcario, ſomiglianti nella figura agli agatenidri ſelcioſi del Vicentino; altre poi rappreſentano un teſſuto uniforme, e compatto ſenza impaſto di corpi ſtranieri; ed altre contengono dei frammenti copioſi di feldſpato, e di quarſo conglutinati da un maſtice di trapp decompoſto, o di diaſpro sfiorito. Si vede chiaramente, che i primi erano in origine ſpume terreſtri, le di cui cavità prodotte dallo ſviluppo dei fluidi aeriformi promoſſo da una ſotterranea fermentazione, furono col tratto ſucceſſivo del tempo riempite da un depoſito delle acque montane cariche di ſoluzioni terroſe, d'onde emerſero due pori acquei di regolare figu-

§ XVIII.

Sed non pauciores baſaltis intra hos fines alii quoque lapides occurrunt, qui nonnullis notis aliquid vulcanicum imitantur; congeries rerum tritarum jam obduratas cinerei coloris videas, præſertim in finibus montis Purgæ: *præterea acervos lapidum cellularium coloris rubri, inſtar ſcoriæ: cumulos inſuper ex terra coloris violacei, vulcanorum puteolana ſimili ſane forma, & commixtione. Hæ maſſæ trium quaſi generum ſunt. Albidos primæ globulos habent zeolithis fibroſæ, & ſpathi calcarei, figura tamen achatenidrorum ſiliceorum agri Vicentini: ſecundæ contra unius modi ſunt denſiores, nulla mixtura: tertiæ demum fragmina continent feldſpathi, plurima ſane glutine, aut trappi diſſoluti, aut confecti iaſpidis, ferruminata. Harum primas liquet fuiſſe ſpumas terræ; ex quibus poſtquam nonnihil fluidi calore fermenti ſubterranei in aeris formam diſſolutum erupit, cava nonnulla hiarunt, in quibus deinceps montanæ aquæ, quod terrarum diſſolutum ferebant, depoſuerunt. Inde pori aquei conſtanti figura extiterunt, nimirum globuli zeolitharum fibroſi, ventreſque parvuli vitrei ex ſpatho calcareo, quod in iiſdem terrarum criptis cryſtalliſando concrevit. De ſecundis autem acervis non idem dicen-*

ra, cioè i globetti fibrosi di zeolite, ed i piccoli ventri gemmati di spato calcario, che cristallizzossi nelle loro cellette. Non così deve dirsi dei secondi macigni, che conservano l'essere di pietre cornee, o di petroselci, piuttosto che quello di lave; sebbene sembrino a prima vista qua e là marcati di qualche segno di alterazione per parte del fuoco. Ma le produzioni in terzo luogo accennate non hanno alcun indizio vulcanico, tuttochè vulcanizzate possano giudicarsi ne' primi confronti; ed altro non appariscono, secondo i saggi dell'arte, che massi voluminosi di porfidi, e di graniti macerati lungamente dall'acqua, e quindi sfioriti sotto le alternative dell'umido, e del calore dell'atmosfera.

dum est. Quamvis enim aliqua ignis nota affici videantur, perspicuum tamen est eos naturam lapidis cornei, aut petrosilicis, quam ejus lapidis, qui vulcano liquatus fluxerit, retinere. Tertiæ denique massæ, quamquam principio intuentibus vulcanum expertæ possint existimari, attamen nullum vulcani indicium reipsa habent. Eas namque, si ex arte quæras, plane cognoveris aut numidios lapides, aut ingentes porphyrites esse, diuturnam aquarum vim passos, qui adeo alterno aeris frigore, & calore defloruerint.

§ XIX.

Lasciando da parte le pietre sin qui mentovate, che potrebbero anche ridursi tutte sotto la classe delle vulcaniche, se così piacesse agli Osservatori, passiamo ora alla considerazione dei materiali, che sono più prossimi alle cave dei Pesci, ed a quelli stessi, che le compongono. Tutto il vasto recinto di queste cave segnato dai monti C B D A (Tav. II. Fig. 1.) è per lo più fabbricato di due sole pietre in diversa guisa variate, che si rapportano al genere delle decomposte, e delle calcarie. Una marna più o meno fissile, e dura compone egualmente i due monti laterali C A, sebbene l'uno dall'altro divisi da una piccola valle profonda, ove sporgono in fuori gli scogli *t q s u* intessuti di basalti sfioriti. Si vede manifestamente, che tali monti non nacquero separati (§ XIII.), corrispondendosi fra di loro nella forma, e qualità degli strati, come anche nel contenere entrambi delle spoglie di Pesci. In fatti osservando il piccolo promontorio F, posto in mezzo di essi, e della valle che li divide, un nuovo indizio presentasi della loro antica unione in un corpo solo, trovandosi questa istessa pendice del medesimo impasto, e struttura dei due monti predetti. Il monte B offre una congerie di basalte parte in rottami, e piccole colonnette disperse, e parte in efflorescenza di terra arenosa, bruna, che dal punto T si stende per tutta la valle accennata a guisa di voluminose correnti di lava. Merita però rifles-

§ XIX.

Sed hos lapides a fodinis remotiores prætermittamus, quos nihil prohibet, si cui libeat, vulcanis tribuere. Nos vero, quæ materies fodinas proxime complectatur, vel etiam componat consideremus. Ambitum fodinarum, nimirum montium C B D A fere omnem duo construunt lapidum genera decomposita, & calcarea, multiplici tamen varietate. Marna eadem, qua magis fissili, qua minus, constant duo montes C A, alter ab altero sejuncti valle angusta, & profunda, unde rupes t q s u *ex basalte fatiscente prominent. Non tamen hos montes ab origine sejunctos fuisse dixeris, qui eamdem in utroque stratorum lapidum formam, & speciem cognoverit, pariterque piscium exuvias in utroque deprehenderit. Quid? quod ipsum promontorium F inter ipsos e valle attollitur eodem lapidum genere, ac fabricatione? At mons B massas exhibet ex basalte, cujus non una forma est. Etenim qua fragmina ejus extant, parvæque columnæ nullo distributæ ordine: qua vero (nimirum a puncto T per omnem vallem, quam diximus) ipse defloruit in plurimam terram nigriorem, arenosam, perinde ac a vulcano defluxerit. Verumtamen carbo fossilis, & strata ardesiæ, quæ latus boreale montis late excurrunt, animadvertantur oportet. Etenim si de basalte illud nonnulli Physici arbitrantur, quod is ex materia ab igne non omnino fusa extiterit, propterea quod massa similis est iis, qui a vulcano liquantur, & fluunt, profecto de bitumine secus judi-*

ſione la vaſta carriera di carbon foſſile, e le ſtratificazioni di ardeſia, che cingono il di lui fianco verſo ſettentrione. Se i baſalti tanto proſſimi nell'impaſto alle lave ſembrano, ſecondo alcuni Naturaliſti, doverſi a buon diritto giudicare prodotti da incomplete fuſioni del fuoco, non così è dei bitumi, la di cui materia combuſtibile eſtratta viene coſtantemente dalle ſoſtanze organiche diſciolte, e putrefatte nell'acqua; nè intatta mai regge al calore di que' vulcani, che giungono a ſquagliare le pietre, ed a vomitare le lave. Neppure combina colla località vulcanica, ſuppoſta per li baſalti ed altre ſimili pietre, la preſenza degli ſtrati regolari di ardeſia, lavoro da non poterſi attribuire che a' ſoli depoſiti delle acque, da cui generalmente procedono le ſtratificazioni. Qual è dunque il fondamento di credere, che queſto monte abbia anticamente gettato fuoco, ſe in eſſo ſotto ai baſalti vi ſono carriere di bitumi non abbruciati, e ſedimenti di acqua non iſcompoſti, e regolarmente ancora ſtratificati?

candum eſt. Hujus enim materia ex viventibus corporibus aqua diſſolutis, & putreſcentibus exhauritur: quæ quoniam ad comburendum facilis eſt, fieri nequit, ut, quo calore lapides liquantur, & pene in flumina evomuntur, non ipſa exuratur. Adde, quod baſaltis, ſimilibuſque lapidibus ardeſia ſubſternitur ea ratione, & lege, quam aquarum natura fert. Quapropter quis montem ignivomum fuiſſe dixerit, cum bitumina non exuſta baſalti late ſubſunt, & præterea, quæ ex aquis ſubſident, nondum dimota, nec perturbata?

§ XX.

Gli effetti dell'acqua, e il dominio in iſpecie del mare ſi manifeſtano viemmaggiormente nel monte D vicino al finora deſcritto, il di cui interiore è nella maſſima parte compoſto di un tufo biancaſtro ſomigliante al cemento comune di calce, e pieno di conchiglie lapidefatte. Era già nota per le deſcrizioni dell' arciprete Spada, e del conte Ferdinando Marſiglj l'eſiſtenza de' Tubirniti in queſto, che fu chiamato *monte Poſtale*. Sapevaſi inoltre che vi erano abbondantiſſime numularie, ed altre ſpoglie marine, che in pezzi ſtaccati, e miſte di rottami di vero baſalte, formano il cumulo dei macigni *v x z y* rotolati nello *Scaranto*. Ma la natura della pietra, che li rinchiude, le ſpecie alle quali appartengono queſti impronti, e la bellezza della loro conſervazione ſono oggetti di ancor nuovo riſcontro, nè da traſandarſi preſentemente. Il tufo predetto è tutto compoſto di tritumi di calce miſti a granelli di arena. Egli forma un maſtice poroſo, e friabile, nato dallo ſtritolamento di materiali calcarei, e da una abraſione depoſitata per ſedimento in compagnia della ſabbia, che rimaſta in ſecco

§ XX.

Hæc aquarum præcipue maritimarum indicia ſunt; ſed ea magis perſpicua, quæ mons D huic monti proximus exhibet. Viſcera ejus montis pene omnia e topho ſunt albido ſimili vulgari cæmento ex calce, conchyliis referto, quæ in lapidem verſa ſunt. Jampridem ex deſcriptionibus Spadæ, & Marſilii illud cognitum erat, hoc in monte, qui Poſtalis *dicitur, turbines contineri, plurimas quoque nummularias, alias item maris exuvias, quæ cum fragminibus baſaltis concretæ, avulſas ex monte, & circumactas per* Scarantum *rupes* u x z y *conſtruunt. Sed tamen genus lapidis, in quo ea omnia impreſſa fuerunt, eorumque ſpecies, & mira prorſus integritas, adhuc etiam conſideranda ſunt, neque a nobis prætermittenda. Tophus omnis conſtat trita calce, granulis arenæ permixta. Materies enim calcarea olim attritu abraſa, cum ſabulo poſtea ſubſedit, atque deinceps ſiccata obduruit in maſticem pervium meatibus, & friabile. In hoc* Murex aluco, *&* Turbo uriſcalpium *inæquali magnitudine non raro inveniuntur. Ambo hæc teſtacea maris mediterranei ſunt, in marmore converſa, topho durius; integris adeo*

paſsò ſucceſſivamente a indurarſi. In mezzo ad eſſo ſi trovano frequenti eſemplari di parecchie grandezze del *Murex aluco*, e del *Turbo uriſcalpium*, ſpettanti al mediterraneo, entrambi cambiati in ſoſtanza di marmo, e più duri del tufo, che li contiene. Queſte due conchiglie ſono talmente intatte in qualunque loro parte, che, confrontandole cogli originali viventi, vi corriſpondono eſattamente in tutti i loro caratteri, così che non rimane alcun luogo all'equivoco nel determinarle. Oltre ai teſtacei predetti entrano nell'impaſto della medeſima pietra tre altri turbini dei noſtri mari, cioè l'*ungulinus*, il *variegatus*, e il *terebra* del Linneo; e dove il macigno declinando dalla natura del tufo prende la conſiſtenza della volgare pietra da calce, vi ſi ritrovano ammaſſi copioſi di numularie, o coperchi di chiocciole proprj ſingolarmente delle ſpecie accennate.

partibus & notis omnibus, ut, ſi cum viventibus conferatur, nullus ſit locus ambigendi, eadem ne ſint, an alia. Præter hæc ungulinus, variegatus, & terebra, *turbines ſinguli marium noſtratum, maſſam ejus lapidis componunt. At qua parte rupes a tophi natura diſcedit, & durior ſit, veluti lapis quo ad calcem vulgo utimur, nummulariæ, & opercula cochlearum plurima congeſta ſunt, quæ ad ſpecies easdem pertinent.*

§ XXI.

L'eſteriore del monte *Poſtale* non ha quaſi traccia, che di ſoli effetti apparentemente vulcanici, eſſendo tutto ſparſo di rottami di una pietra in forma di lava, la fatiſcenza de' quali lo ha coperto col tratto di tempo di una terra ſomigliante al rapillo, e ad altre ſiffatte ceneri de' vulcani. Conviene adunque penetrare nelle interne ſue viſcere per non laſciarſi imporre dall'apparenza, e venir in chiaro della vera di lui natura, e coſtituzione.

§ XXI.

Hæc omnia ex viſceribus montis eruta Phyſicum admonent, ne exteriori montis ſpeciei nimium credat. Hæc ſcilicet videtur vulcanica, propterea quod fragmine petræ multo ſternitur ſimilis illi, quem lavam noſtri dicunt: deinde rapillo, aliis vulcanorum cineribus ſimilem habet terram, qua tegitur, ex iisdem fragminibus longa die fatiſcentibus. Sed nolito fronti credere; intus quære.

§ XXII.

Proſeguono i medeſimi impietrimenti anche nel monte A, che coſteggia al Nord-eſt il poc'anzi accennato, e che appartiene all'*Altiſſimo* del Vicentino. Sennonchè le conchiglie riſiedono in una pietra calcaria aſſai più compatta, e gli ſtrati di queſto monte marcano una groſſezza, e conſiſtenza maggiore, eſſendo ſolcati perpendicolarmente alla ſuperficie da altre oppoſte ſezioni. In eſſo oltre alle chiocciole aggiungonſi i Peſci foſſili, che ſi trovano nelle minori ſtratificazioni KIH, e che ſebbene ordinariamente di piccole forme, corriſpondono non di meno a una gran parte di quelli dell'oppoſta montagna C, paragonati in tutta l'eſtenſione dei caratteriſtici loro ſegni.

§ XXII.

Eadem quoque lapidefacta continentur & in monte A, qui ab ea parte, quæ inter meridiem orientemque reſpicit, poſtalem ambit; hic pars eſt montis Altiſſimi *agri Vicentini; ſed lapis calcareus conchyliorum denſior eſt: ſane ſtrata montis & craſſiora ſunt, & denſiora; eademque, quaſi ſulcis ad ſuperficiem perpendicularibus, ſecata. Quo in monte & Piſces foſſiles continentur in tenuioribus ſtratis K I H; parvi illi quidem fere omnes: ſed tamen majores oppoſiti montis C notis omnibus referunt.*

§ XXIII.

Trafcorfi i luoghi predetti, eccoci finalmente al punto delle noftre principali ricerche, cioè al monte C detto *Laftrara*, dove fi fcavano gl' *Ittioliti* che portano il nome di *Pefci di Bolca*. Uno ftrato di terra vegetabile, ed animale mifta allo sfiorimento di rotolati bafalti, copre tutta la fuperficie di quefto monte, a riserva di un piccolo fianco verfo il Nord-eft, che nudo prefentafi, ed allo fcoperto dell' interiore di lui organizzazione, e teffuto. L' offatura di tale montagna, volendo giudicare da quanto è fvelato, viene coftituita da parecchie ftratificazioni orizzontali di marna fciffile, collocate le une fopra dell' altre, e parallele fra loro al pendío della rupe. Sebbene nulla di ciò apparifca nel lato orientale, e nella vetta di quefto monte, i ftrati nondimeno, che fono all' aperto, fomminiftrano dei dati ficuri per congetturare dall' andamento, e pofizione che hanno, il loro profeguimento nelle parti interne coperte dall' indicata corteccia.

§ XXIII.

Pervenimus tandem ad locum, quem hæc noftra inquifitio maxime fpectat: Scilicet mons C, Laftrara *eft, unde* Ichthyolithi *effodiuntur, qui dicti fuere* bolcani Pifces. *Hic omnis terra infternitur vegetabili, & animali, permixta ei materiæ, quæ ex volutatis bafaltis defloruit: omnis inquam, fi parvum latus ejus inter orientem, & boream excipias, cujus interior textura, & fabricatio tota patet. Ex hac, quæ detecta eft, fi volumus judicare, dicemus, montis vifcera conftructa effe ftratis plurimis ex marna fiffili, aliis aliis fuperpofitis jacentibus ad horizontem, nifi quod fingula rupi parumper declivi parallela funt; nam quamvis neque ex latere montis verfus orientem, neque ex ejus cacumine quidquam extet ejufmodi; tamen ex iis ftratis, quæ aperta funt, non incerta & de opertis capitur conjectura.*

§ XXIV.

Due propriamente fono le qualità degli ftrati, che compongono la teffitura interna della montagna in queftione. Gli abitanti del luogo li contraddiftinguono coi nomi vernacoli di *Zengio*, e di *Laftra*. Il Zengio è una marna duriffima fpeffo intrecciata di vene di fpato calcario, la quale forma gli ftrati più groffi, non divifibili in ftrati minori, e privi ordinariamente di corpi petrificati. La fua analifi chimica dà a divedere effer egli piuttofto una pietra ordinaria da calce, di quello che una fpecie di marna, quale efternamente apparifce. La Laftra è una marna fiffile a foggia di ardefia, che battuta fi sfende in lamine fottiliffime, e nella quale fi contengono molti curiofi accidenti, oltre alle fpoglie dei Pefci. Un carattere, che la manifefta fubito ai noftri fenfi ben diverfa dalla poc' anzi accennata, è il fetido odore, che manda collo ftropicciamento, non effendo così dell' altra. Differenti fono pure in entrambi le propor-

§ XXIV.

Duo tamen ftratorum genera funt, alterum ab altero vernacula loci appellatione diftinctum. Alterum Zengio *dicitur:* molem *latine diceres: alterum* Laftra, *laminam nos appellamus: Moles duriffima eft, non raris fpathi calcarei venulis intertexta, ftrato craffiore, neque in tenuiora dividuo, nullis fere corporibus, quæ in lapidem verfa fuerint, diftincto. Exterius marna videtur, fed ex chemica diffolutione cognofcitur eam potius lapidem effe, quo calx vulgo fit. Lamina vero marna fiffilis eft inftar ardefiæ, quam fi quis cædat, continuo in brachtea diffinditur, & multa fpectanda aperit, præter exuvias pifcium. Hæc vel digito confricata, continuo & infigniter fe ipfa indicat fœtido odore. Neque eorum, quæ tum molem, tum laminam conftituunt, eadem in utraque ratio, aut menfura eft. In mole terræ calcareæ multum eft, minus alumine, filicis, & ferri. In lamina omne fecus. Ex hac exftillat in vas aquæ ammoniaca fœtens, & aliquid bitu-*

zioni, e i rapporti dei loro principj costitutivi. L'una contiene molta terra calcaria mista a minor quantità di allumina, di selce, e di ferro; l'altra risulta da minor dose di calce con maggiore di argilla, di selce, e di terra marziale: questa colla distillazione scarica nel recipiente dell'acqua dell'ammoniaca fetida, ed una sostanza bituminosa, che soprannuota all'acqua in forma di olio; quella non somministra che poco umore, ed insipido, nè la più piccola parte dell'accennato bitume.

minei olei instar, aquæ innatans. Ex illa parum humoris fluit, idque insulsum, nihil bituminis.

§ XXV.

Gli strati di ardesia fissile, oltre all'essere differenti dalla citata pietra da calce, a cui stanno frammezzo, sono anche variati fra loro da una circostanza particolare, cioè dal contenere alcuni soltanto degli impronti di piante marine, ed altri, unitamente a queste, delle spoglie di Pesci. Che simili strati procedano da copiosi depositi di alluvioni, senza anche dedurlo dalle reliquie delle piante acquatiche, delle conchiglie, e dei Pesci, che dentro di se contengono, si conosce subito dalla meccanica divisione delle loro parti integranti: giacchè polverizzando un piccolo pezzo di questa pietra, e col mezzo di replicate lozioni nell'acqua separando la parte alluminare, e calcaria dalla silicea, e marziale, rimane in fondo dei recipienti un residuo di arena, che sappiamo essere generata soltanto dall'intestino moto delle acque correnti, e da esse depositata nel loro letto.

§ XXV.

Hæc inter laminam, & molem, hoc est inter ardesiam, & lapidem calcareum, differentia est, tametsi illius strata inter hujus strata interjaceant. Quid? quod ipsa ardesiæ strata non omnia prorsus eadem sunt. Aliis enim plantæ maritimæ tantum insunt; aliis vero & Pisces cum plantis; ex quibus, quæ iisdem stratis origo fuerit, satis patet: attamen, omissis plantarum aquatilium, conchyliorum, & piscium reliquiis, ipsa partium divisio docet hæc strata ex aquis subsedisse. Etenim, si fragmen ejus lapidis in pulverem triveris, partemque calcaream, aut alluminariam a silicea, & martiali segregaveris, continuo in imo vase aliquid arenæ reliquum est; atque arenam intestino aquarum diffluentium motu fieri, atque in alveis subsistere constat.

§ XXVI.

Nelle stratificazioni tanto dei Pesci fossili, che delle piante, si osserva una variazione di colore, da non omettersi. Generalmente l'ardesia, di cui si tratta, è biancastra, e diviene poi bigia col tratto successivo del tempo, facendosi anche più dura. Alcuni strati però sono di color cenerino, e a questi ne succedono altri di schisto nero. È facile il rilevare la causa di simile varietà di colori in una pietra altronde essenzialmente la stessa in qualunque suo stato. Quelli, che si sono trovati alle cave delle torbe, e dei zolfi, avranno più volte osservato, che i banchi di terra sovrastanti a siffatti bitumi

§ XXVI.

Ipsa etiam varietas coloris, qua ardesiæ strata inficiuntur, negligenda non est. Ardesia hæc universim albida est, nec aquileo colore immiscetur, nisi temporis diuturnitate, qua durior fit: attamen nonnulla strata colore cinereo sunt, quibus nigra subsunt. Cur autem hisce in stratis eadem sit natura lapidis, non etiam sit color, facile intelligi potest. In sulphurariis, & turberiis (sit venia verbo) quæ terra in bituminibus impendenda est, plerumque aut cælesti colore, aut nigro tincta est, propterea quod quæ ex bituminibus exhalant, ipsa in se concipit; idem fit & in ea tellure, ex qua aer inflammabilis solvitur, ut ex

ſono colorati in azzurro, ed in nero per le epatiche eſalazioni, che ricevettero dal fermento delle predette ſoſtanze. Nè altrimenti accade in quei fondi di terra, dai quali ſviluppaſi dell' aria infiammabile, rimanendo eſſi tinti dagli effluvj di queſta dell' uno, e dell' altro dei mentovati colori. Ora analizzando fiſicamente gli ſtrati neri, dei quali è queſtione, vi ſi ſcorgono dentro dei frammenti di vero litantrace bituminoſo, e dei globetti di zolfuro di ferro, oſſia di piriti, le quali a guiſa di pagliette di mica annidano parimente nelle ſtratificazioni di color cenerino. Queſta è pertanto la ſola cagione, che nella medeſima ardeſia ſi formarono delle tinte diverſe a miſura, che la ſoſtanza oleoſa dei Peſci, e delle piante paſsò nell' interno di eſſa a ſomminiſtrare i primi principj degli accennati bitumi. Oltre al carbone di terra, e delle piriti, ſi trovano di quando in quando nella ſteſſa pietra dei gruppi di ambra ſomigliantiſſima a quella di Pruſſia, e delle ſpiaggie del Baltico: produzione, che riconoſce la propria origine dalla miſtura dei ſuchi reſinoſi vegetabili cogli olj delle ſoſtanze animali, mediante l' azione, e il concorſo dei ſali, che ſi contengono nell' acqua del mare.

hujus effluvio illa alterutrum colorem ducat. Atque ſi ſtrata nigra, de quibus nunc quærimus, diligenter inſpiciamus, in iis, tum fragmina veri lithantrhacis bituminei, tum globuli ſulphuris ferri, ſcilicet pyritæ dignoſcuntur; quæ itidem in ſtratis cineraceis inſtar feſtucarum micæ inhærent. Hæc cauſa varii coloris ardeſiæ fuit, ea ratione quod ex plantis, & piſcibus id accepit, quod ad componenda bitumina vim habet. Idem lapis etiam ſuccinum continet, ſimillimum Pruſſiano, & Baltico, quod gigni ſolet ex ſuccis reſinoſis plantarum oleis animalium immixtis, accedente ſalium marinorum actione, unde elixivati concreſcunt.

§ XXVII.

Non può dunque dubitarſi a tutti gli eſpoſti indizj, che l' acqua marina non abbia avuto la maſſima, e fors' anche l' unica parte, nella formazione di ſimili ſtrati. I Peſci, che vi furono copioſamente depoſitati colla fanghiglia, le piante acquatiche, che vi eſiſtono in copia, i molluſchi, e gl' inſetti di mare ivi parimente preſenti ne rendono indubitata prova. Nè debbonſi a queſto luogo paſſare ſotto ſilenzio le tre ſingolari ſpecie di Granchi, che ſi trovano in meſcolanza coi Peſci. Sono eſſi il *Longimano*, il *Setifero*, e la *Locuſta*, di cui veggonſi alquanti ſaggi nelle pregiatiſſime collezioni dei Signori Vincenzo Bozza, e Conte Giovanni Battiſta Gazola. Il primo di queſti conſerva in oltre nel ſuo ricchiſſimo Gabinetto un eſemplare dell' *Oniſcus Oeſtrus*, due impronti di *Aſili*, ed uno di *Cimice* Americano, tratti dalle pietre della ſteſſa montagna. Nei medeſimi ſtrati ſi trovano parimente, ma rare, delle ſpoglie intiere di ſerpenti marini;

§ XXVII.

Itaque dubitari non poteſt, quod aquæ maritimæ ſi non ſola hiſce ſtratis, ſaltem maxima cauſa fuerint. Piſces plurimi, qui cum limo ſubſederunt, plantæ aquatiles item plurimæ, molluſchi, & inſecta maritima probatiſſimi teſtes ſunt. Nec vero non ſunt producendi ſingulares Cancri permixti piſcibus, nimirum Longimanus, Setifer, Locuſta. *Pulcherrima horum exempla ſervantur duobus Muſeis Gazoliano, & Bozziano. In hoc poſteriori unus* Oniſcus Oeſtrus, *duo* Aſili, Cimex *unus Americanus, omnes inde effoſſi, conſpiciuntur. Exuviæ item ſerpentum maritimorum eodem ex loco eruuntur, quarum aliquæ apud Canoſſam inviſuntur: neque volatilium reliquiæ deſunt. Jam pluma foſſilis, quæ olim apud Dionyſium, nunc apud Gazolam eſt, latiſſime celebratur.*

come appariſce dalla collezione di Caſa Canoſſa; e qualche reliquia eziandio di animali volatili, celebre eſſendo la piuma foſſile, che dal Gabinetto Dioniſi in quello è paſſata recentemente del citato Signor Conte Gazola.

§ XXVIII.

L'infiltrazione delle diſſoluzioni terroſe, che le nevi, e le acque piovane ſogliono col tempo produrre nelle montagne calcarie, arricchì di nuove curioſità naturali le ſtratificazioni predette, riempiendo le loro feſſure di eleganti criſtalli, e globetti di ſpato cubico, che ſpeſſo anche ingemmano le cavità della ſpinal midolla dei Peſci foſſili, o ſolcano in varie guiſe la loro ſpoglia, e la loro matrice. Egli è da attribuirſi all'influenza di tali diſſoluzioni il ſucceſſivo induramento degli ſtrati di ardeſia ſtati in origine una belletta di mare, la quale rimaſta in ſecco ſi coſtrinſe dapprima qua e là sfendendoſi dove ora eſiſtono i criſtalli di ſpato; poſcia ricevette dal tempo una conſiſtenza maggiore per la concrezione generale delle ſpatoſe molecole, che penetrarono in tutti i ſuoi pori per l'infiltramento delle diſſoluzioni predette. Non altrimenti ſappiamo che accade di qualunque tenero limo, allorchè, imperverſando la fredda ſtagione, ſi criſtallizza ne' ſuoi interſtizj l'umore, che lo rammolliva; indura eſſo allora a guiſa di pietra, ſenza punto cangiar d' apparenza, e perdere la primiera ſua forma.

§ *XXVIII.*

Præterea alia quoque huic lapidi inſignia acciderunt ex aquis pluviarum, niviumque. Sane diuturna illarum manatione intra montes calcareos fit, ut meatus ſinguli ea terrarum materia obſtruantur, quam diſſolutam aquæ ferunt. Itaque cryſtalla, globulique ſpathi cubici equidem ſtrati lapidis rimas venuſte opplent: piſcium vero medullæ ſpinalis hiatus veluti gemmæ exornant; corpus autem reliquum, ipſamque matricem pulchra varietate diſtinguunt. Illud etiam fluxu ejuſmodi factum eſt, ut ardeſia, quæ ab origine limus maris fuerat, deinceps in lapidem obduruerit. Hic enim principio ſiccatus, conſtrictuſque hac illac hiavit, qua nunc cryſtalla internitent: deinde poſtquam moleculæ ſpathi, quæ inſtillatione, quam diximus, cunctos ejus meatus occupaverant, omnes cum limo concreviſſent, hac die ipſa durior factus est. Non ſecus de quovis limo uſu venire jam novimus, qui cum aqua, unde ipſe madet, ac pene fluit, magnis frigoribus inter ſolidas ejus partes gelu corripitur, continuo obdureſcit ſimilis petræ, neque facie, neque forma immutata.

§ XXIX.

S. corpore cinereo lato. *Bloch* Ichth. IV. pag. 31. Pl. CIX.
S. corpore unicolore; pinnis pectoralibus maximis. *Gronov.* Mus. I. p. 63. N°. 138.
Lamia Aristotelis. *Plin.* Hist. Nat. lib. 9. Cap. 24.
Canis Carcharias. *Bellon* de Aquatil. pag. 58. 60.
Cynocephalus albus. *Klein* Miss. Pisc. III. pag. 5. N. 1.
Le Requin. *Diction. des Animaux* Tom. III. pag. 682.
Encyclop. method. Ichthiol. Pl. 7. fig. 20.

La struttura e lunghezza delle pinne pettorali fatte a foggia di falce, e la forma troncata delle alette del ventre, e dell' ano distinguono subito questo Squalo da suoi congeneri, e congiuntamente alla grossezza del capo, e alla di lui corpulenza lo fanno riconoscere tosto per una spoglia del *Pesce Lamia*.

I Naturalisti universalmente convengono nel definire che il *Pesce Lamia* è di figura cilindrica dilatata alla regione del ventre, e prolungata verso la coda: caratteri che più o meno si possono ri-

Structura & longitudo pinnarum pectoris, quæ incurvate referunt falcem, tum pinnæ ventrales anique veluti decurtatæ, atque adeo amplum caput, & obesum corpus hunc Squalum *late ab cæteris discriminant ejusdem generis, eumque aperte* Carchariam *demonstrant.*

Ichthyologi fere universi de notis præcipuis consentiunt, & corpus illi cylindricum tribuunt, dilatatum ad ventrem, productum ad caudam, quod quidem in Carcharia nostro satis fere apparet: præ-

ſcontrare anche nel noſtro ſcheletro. Aſſeriſcono inoltre che il di lui capo è largo, attenuato dalla parte anteriore, e prodotto in una punta corta ed ottuſa, che nel noſtro Ittiolito compariſce ancor meno acuta in grazia di una compreſſione violenta indicata dalla tortuoſità del corpo e della ſpinale midolla. Aſſegnata al medeſimo un' ampia apertura di bocca con varj ordini di acuti denti, ſoggiungono eſſere il dorſo di queſto peſce dalla parte che ſta in oppoſizione col ventre più largo di quello degli altri Squali: tale diffatti rilevandoſi dai contorni il dorſo del noſtro archetipo, benchè nella pietra ſi preſenti ſupino. Danno finalmente per carattere diſtintivo del Peſce Lamia la grandezza e forma triangolare delle pinne pettorali incurvate a guiſa di falce, quali appunto ſi oſſervano nella ſpoglia foſſile che lo rappreſenta.

Dal compleſſo degli accennati confronti ſembra dunque eſcluderſi qualſivoglia ſoſpetto che lo ſcheletro eſibito dal noſtro diſſegno appartenga al peſce *Colombo* (4), oppure allo Squalo *Glauco* (5), coi quali ha qualche analogia di caratteri: non ritrovandoſi in tali ſpecie nè forma eguale di capo e di ventre, nè pinne pettorali sì grandi e tanto eſteſamente falcate.

Il *Peſce Lamia* noto a ciaſcuno per la ſua ſomma voracità, e per le aggreſſioni continue contro l' umana ſpecie, vive preſſochè in tutti i mari, e principalmente nei noſtri. Egli abita quaſi ſempre nelle voragini più profonde, e non monta alla ſuperficie dell' acqua che quando ha biſogno di ſoddisfare alla propria fame, fiero in tal punto nell' aſſalire gli uomini ſulle navi, e più fiero ancora nell' ingojarli. Queſto moſtro marino perviene a un' enorme groſſezza contandoſi degl' individui della lunghezza ſino di 30 piedi, e del peſo di 500 libre. Il noſtro ancor piccolo nella ſua ſpecie è lungo pollici 25, e 6 linee non oſtante che manchi di un pezzo di coda, ed ha 4 pollici di larghezza miſurato tra il ventre ed il petto.

terea latum caput in anteriorem partem tenue, & in roſtrum deſinens breve & obtuſum; quod multo etiam in hoc Ichthyolitho obtuſius eſt & tanquam compreſſum & illiſum: cujus rei indicio ſunt tortuoſum corpus, flexusque medullæ ſpinalis. Addunt etiam in Carcharia latiſſimum eſſe rictum oris inſtructi, quaſi vallo multiplici, acutis dentibus; dorſum vero, qua adverſum eſt ventri, latius extendi quam in cæteris Squalis: nec multum ſane ab iis notis diſcrepant lineamenta quibus archetypon noſtrum finitur, licet corpus in lapide ſupinum jaceat. Inſignem denique ſtatuunt hujus piſcis notam, pinnas videlicet pectorales, quæ magnæ ſint & trianguli falciſque formam efficiant: non ſecus ac in noſtro Foſſili apparent.

Propoſitarum igitur collationum ſumma poſſe omnem videtur ſuſpicionem dimovere, num forte Squalus a nobis deſcriptus idem ſit cum Squalo Muſtelo, aut cum Glauco, ad quos ſimilitudinem habet aliquam: quippe in iis ſpeciebus neque in eandem figuram formatur venter & caput, nec pinnæ pectorales tam late explicantur tantumque falcis inſtar incurveſcunt.

Piſcis Lamia, monſtroſus ille gurges inexplicabili edacitate, & peregrinatorum cæde ac periculis inſignis & notus, quolibet in mare gignitur, in eo plurimus quod Europam ad meridiem abluit. In profundiſſimis pelagi ſpecubus degit perpetuo & obliteſcit, neque inde ad ſummam aquam niſi impaſtus emergit famem expleturus. Tunc nihil illo infeſtius & ferocius: naves invadit pirata ſævus, hominesque oris voragine ſæpe vivos haurit. Bellua hæc vaſta ad magnitudinem augeſcit immanem, cum quidem reperti fuerint proceritate pedum triginta, pondere librarum quingentarum. Hinc Lamia noſter inter hos grandiores jam natu quaſi puer haberi debet: patet enim in longitudinem pollices viginti quinque & ſemiſſem, licet pars quædam caudæ deſit, in latitudinem vero propter pectus menſus & ventrem quatuor tantum pollices implet.

(4) Squalus Muſtelus *Linn.*

(5) Squalus Glaucus *Linn.*

La ſua imperfetta ſtatura, e più di tutto il ſuo capo impediſcono di ravviſarvi il largo ſquarcio di bocca, e l' armatura dei denti triangolari a più ordini, come in altri individui di maggior mole. Ma le altre parti che abbiamo eſaminate più ſopra vengono in ſupplemento di sì fatte mancanze, ſervendo baſtantemente a diſtinguerlo da tutte le ſpecie, che gli ſono congeneri.

Uno ſcheletro di tal ſorte è rariſſimo nella ſerie degl' Ittioliti che eſiſtono ne' Muſei di Verona, e può dirſi tutto affatto particolare al Gabinetto Bozziano. Preſenta il medeſimo nel ventre ſcoperto una quantità di granchj marini per metà digeriti, che furono da lui predati prima della ſua morte; e verſo la pinna quadrata dell' ano conſerva dei chiari avanzi della tuberoſa ſua cute con un faſcio di carne, e di cartilagine già ſtaccata dal corpo per un principio di putreſcenza da eſſo incontrato nel ſemiliquido ſedimento prima che allo ſcoperto dell' acque paſſaſſe allo ſtato di pietra. Chi mai potrebbe ſupporre che queſta incoata diſſoluzione, e i ſegni per cui ſi diſtingue, foſſero effetti del fuoco; quando eſſi e la pietra che li rinchiude ſi manifeſtano patentemente prodotti dall' acqua?

Vi ſono in varj luoghi del Veroneſe dei monumenti di altre ſpoglie del *Peſce Lamia*, che dovevano eſſere ſe non di prima, almeno certo di ſtraordinaria grandezza. Tali indizj appariſcono dalle Gloſſopetre frequenti e più lunghe di un pollice rappreſentate nella figura 2 della noſtra Tavola, le quali ſi trovano nelle montagne concatenate con quelle di *Veſtena* e *Bolca*: non ignorandoſi ora che queſti corpi creduti un tempo lingue di animali impietrite, ſono veri denti lapidefatti del peſce ſin quì deſcritto.

Statura nondum perfecta & caput turpiter deformatum non ſinunt perſpici oris hiantis fines ſeptumque illud multiplex dentium, quibus quaſi haſtilium ſpiculis grandiores Lamiæ in cæteras belluas armantur. Ea tamen, quæ ſupra diximus, & hæc ſupplent quæ deſunt, & ſatis eſſe putamus ut rite hic Squalus a cæteris diſcerni poſſit.

Ichthyolithus noſter ſumme rarus, quod in Veronenſibus Lithothecis haud uſquam reperitur: nobile ſcilicet unius Bozzianæ inſigne. Ejus alvus, qua patet oculis, marinis cancris innumeris referta, farcitaque eſt, quos non bene concoxit paulo ante mortem devoratos: manifeſtæ vero circa pinnam quadratam ani reliquiæ tuberoſæ cutis deprehenduntur cum congeſtu carnis & cartilaginis divulſæ a corpore incipienti putreſcere in molli luto antequam reſidentibus aquis naturam ſolidam traheret. Atqui hujuſmodi inchoata diſſolutio & tot indiciis certiſſimis patefacta qui poſſet igni tribui, cum & eadem hæc indicia, & lapidis natura quæ nonniſi ab aqua oriri potuit & concreſcere, tam aperte repugnent?

Lamiarum corpora in agri Veronenſis locis pluribus fuiſſe ab aquis depoſita, eaque ſin minus maximæ, non mediocris certe amplitudinis extitiſſe Gloſſopetræ *teſtantur bene multæ & pollice amplius longæ quæ ubivis occurrunt in montibus, qui jugis Veſtenæ juncti continuantur. Illas olim (quæ temporum erat inſcitia) belluarum linguas in lapidem verſas putarunt, nunc autem plane compertum eſt veros illius Piſcis fuiſſe dentes de quo hactenus ſcripſimus.*

N. II

IL MOLLIDENTE ALATO
CHAETODON PINNATUS

T. IV.

Ch. cauda integra; ſpinis dorſalibus 4: pinna dorſali, analique longiſſimis. *Linn.* S. N. p. 461. *Muſ. Adolp.* pag. 64. t. 33. fig. 6.
Ch. macrolepidotus, capite inermi; radiis pinnarum dorſi, ani, ventris ſetiformibus. *Gronov.* Muſ. II. N.° 193.
Ch. griſeus, faſcia frontali apiceque caudæ albis. *Seba* Muſ. 3. tab. 25. fig. 15.
Ch. corpore rhombeo fuſceſcente; faſcia tranſverſa duplici obſcuriore. *Forſk.* Faun. arab. pag. 60: N.° 82.
Ch. pinna caudali ſubrotunda: ſpinis dorſalibus 4: in pinna dorſali analique radiis longiſſimis. *Le Teira Encyclop. meth.* Ichth. pag. 70. Pl. 43. fig. 167.
Ch. faſciis tribus nigris; pinna dorſali analique longiſſimis. *Chaetodon teira*. *Bloch* Ichth. VI. pag. 47. Pl. 199. fig. 1.
Cambing. *Revard.* Poiſſ. 1. pag. 35. N.° 129. Pl. 24. fig. 129.
Ikan-kambing. *Valentin.* Ind. 3. pag. 366. N°. 62. fig. 62.
Zecbotje. *Ruyſch.* Theatr. anim. 1. pag. 18. N.° 7. tab. x. fig. 7.
Piſcis Foſſilis elegans. *Scheuchz.* Herbar. diluv. pag. 22. tab. v. fig. 7.

I caratteri del corpo romboidale egualmente largo che lungo, e delle due pinne anale e dorſale, che ſuperano nei raggi primarj la lunghezza del corpo ſteſſo, rendono facile ai pratici la conoſcenza del Mollidente alato, tuttochè nella pietra che lo rinchiude le alette caratteriſtiche ſiano ſconcertate in gran parte, e al principio della dorſale non appariſcano diſtintamente le quattro ſpine.

Scheuchzero pubblicò prima d' ora queſto rariſſimo Ittiolito annunziandolo del monte Bolca, e congetturando che foſſe la *Guaperua* del Braſile da *Marcgravio* deſcritta. Ma il di lui archetipo che gli venne traſmeſſo in dono dal celebre *Valliſnieri*, e ch' egli produſſe tanto nell' *Erbario diluviano*, che nella ſua *Fiſica ſacra*, era ſecondo ciò che appariſce dalla figura molto più piccolo del Bozziano, ed il rimaſuglio del ſemplice ſcheletro. Eſaminato poi in tempi sì oſcuri per l' Ittiologia ſotterranea, e generalmente anche per la cognizione dei generi e delle ſpecie di ſiffatti animali, non è meraviglia che foſſe con tanta incertezza determinato.

Linneo nella deſcrizione del celebre Gabinetto del Principe Federigo Adolfo ci diede un' immagine eſatta del Mollidente in queſtione, alla quale tiene d' appreſſo l' altra pubblicata da Seba al luogo citato nelle ſinonimie. Il ſolo

Corpus rhombi ſimile, longitudine & latitudine æque magnum, pinnæque duæ dorſalis analiſque radiis, qui primario loco ſunt, toto corpore longioribus, Ichthyologiæ peritis facilem agnationem efficiunt Chaetodontis pinnati; licet pinnæ, inſigne ejus præcipuum, non paulum exeſæ ſint, & ſpinæ quatuor in exortu pinnæ dorſalis vix diſpici poſſint.

Scheuchzerus *Ichthyolithum hunc maxime rarum jam antehac nobis prodidit, Bolcanumque nunciavit conjecturis coarguens neſcio quibus* Guaperuam Braſilienſem *illum eſſe, quam deſcripſit* Marcgravius. *At enim illud archetypon, quo* Scheuchzerus *a* Valliſnierio *donatus fuit, & in* Herbario Diluviano *& in* Phyſica Sacra *propoſuit, minimum ſane præ Bozziano erat, ut ex figura perſpici licet, & reliquiæ tantum aridi corporis, abſumpta carne. Nec mirum ſi incertus ſuſpenſuſque Piſcem definierit: erant enim illis temporibus exiſtimationes & judicia de Ichthyolithologia minus certa & clara, neque ipſorum Piſcium genera & ſpecies apte adhuc explicata & circumſcripta.*

Illa potius Chaetodontis Pinnati germana imago nobis eſt, quam Linneus in Muſeo Principis Friderici Adulphi, *& poſt ipſum Seba, quo loco in ſynonimiis indicavimus, accurate expreſſam protulerunt, cum qua ita noſtra conſentit tan-*

superficiale confronto di queste due colla figura del nostro basta per farlo credere un logoro e scarno avanzo di un Pesce della medesima specie.

Non vuolsi tacere a questo proposito che avendo Seba nella descrizione del suo Mollidente adottato per tale anche il *Zecbotje* di *Ruyschio*; nasce un sospetto di svista per parte dei celebri Bloch, e Forskaol, i quali colpiti forse dalla varietà del colore nonchè delle fascie che osservansi nel *Mollidente pinnato* ancor piccolo e di mezzana grandezza, passarono a giudicarlo una nuova specie da essi nominata *Mollidente teira*, citando di più il predetto *Ruyschio* al numero precisamente indicato da *Seba*. Sopra di che ci crediamo in debito di avvertire che il pesce *Teira* degli Arabi non è punto diverso dall' altro chiamato *Daakar*, come anche notano Bloch e Forskaol; e che l' uno ancor piccolo corrisponde all' immagine del Ruyschio caratterizzata da essi pel *Mollidente Teira*, l' altro più grande ed adulto a quella di Seba da Linneo nominata *Mollidente Pinnato*: ciò che conferma sempre più il sospetto di svista, che si è precedentemente accennato.

Le due pinne estesissime in forma di ali che veggonsi nell' immagine naturale di questo pesce, ed anche nel nostro scheletro ci hanno fatto dare al medesimo il nome di *Mollidente Alato*, quantunque non si possa giustamente comprendere nel numero dei volatori, ai quali dai curiosi delle cose fossili si riferiva. Egli fu provveduto di siffatti stromenti per fendere con celerità l' elemento in cui vive, ed ebbe dalla natura due pinne ventrali non meno lunghe e robuste per servirsene in qualità di timone, ed affrettare con esse, dirigere, e sostenere le proprie mosse. Di questa medesima sorte appariscono le ventrali tuttora superstiti nella spoglia che esaminiamo. Venendo ora al confronto delle altre pinne dell' Ittiolito nostro con quelle della specie viva rappresentata da Seba e Linneo, non deve punto far caso, che la dorsale ed anale abbiano dalla parte posteriore i raggi

tum, ut vel indiligenter inter se iis collatis, existimare possis hanc, quæ solis ossibus constet, eundem atque illam Piscem imitari.

Et quoniam locus admonet, illud prætermittendum non est, quod Sebam cum videam Chaetodonti suo quasi collegam adscribere piscem, quem Ruyschius Zecbotje *nominavit; non tenuem id mihi afficit suspicionem celeberrimos Blockium & Forskaolum falli, qui in Chaetodontibus pinnatis adhuc parvis aut non admodum grandibus dispicientes notabile vario colore corpus ac pluribus quasi cingulis redimitum, sibi visi sunt novam quandam vidisse speciem, quam* Chaetodon Teira *dixerunt, ipsum illum Ruyschii locum proferentes, qui indicatur a Seba. Verum illud animadverti debet, quod notant etiam iidem Blockius & Forskaolus, nihil differre inter Piscem ab Arabis* Teira *atque alium* Daakar *dictum; atque adeo unum eundemque esse tum qui figuram Ruyschianam exprimit, cum parvus est, &* Chaetodonta Teira *nuncuparunt, tum qui procerior ætateque provectior figuræ a Seba propositæ, cui nomen Linneus posuit* Chaetodontis Pinnati, *assimilis fit: quod sane suspicionem adauget errare illos de quibus diximus, quasi species ab ætate dividant non a natura distinguant.*

Jam Chaetodon sive physicus, sive noster hic lithiacus a duabus latissimis alisque avium simillimis pinnis, quibus ad natandum instruitur, Pinnati nomen traxisse dicendus est: nec tamen idcirco potest (ut nonnullis olim placuit) volatilibus piscibus rite adnumerari. Tali profecto remigio armatus facilius natale pelagus findit: nulli enim fortasse aquatilium tanta inest quanta pinnato huic in natatione pernicitas & velocitas. Quid quod pinnæ duæ ventris robustæ & solidæ impetum majorem pulsumque habent, & vicem gubernaculi gerunt quod inflecti in omnem partem possit, eoque navigatio regi nunc cursum incitando nunc sustinendo. Atqui pinnæ hæ in Ichthyolitho etiam nunc durant. Quod si deinde etiam reliquas conferamus cum pinnis eorum Chaetodontum, quos Seba & Linneus juxta nativas formas descripsere, haud equidem magni ad rem interesse putabimus quod quæ sunt ani atque tergi

più corti, e la caudale non ſia nella ſua eſtremità circolare. È abbaſtanza paleſe quando ſi oſſervino con attenzione i contorni di queſta ſpoglia, ch' eſſa ha dovuto ſoffrire dei cangiamenti nel paſſare allo ſtato in cui di preſente ſi trova. Una delle principali ſue alterazioni in quanto alle note caratteriſtiche conſiſte nell' inneſto dei quattro aculei dorſali col primo raggio di queſta pinna, per cui s' accrebbe la di lui groſſezza fuori dell' ordinario, ed eglino rimaſero affatto inviſibili. I raggi minori tanto di queſta pinna che dell' anale, che vi ſta contro, ſoggiacquero neceſſariamente ad una mutilazione corriſpondente alla loro fragilità e tenerezza, rimarcandoſi tuttavia nella pietra gli avanzi della loro frattura e lacerazione. Chi non ravviſerà parimenti lo ſteſſo accidente nell' ultimo margine della coda, ed il ragionevol motivo per cui eſſa finiſce in un modo diverſo da quella del ſuo originale? In mezzo però a ſimili alterazioni ſuſſiſtono tuttavia nelle pinne pettorali 18 raggi, nella dorſale 40, nelle ventrali 6, nell' anale 28, e nella caudale 18: caratteri ſecondarj che corriſpondono intieramente a quelli della ſpecie nativa, di cui ſi tratta.

Aggiungeremo alle oſſervazioni finora eſpoſte che il *Mollidente Alato* è un peſce originario dell' Indie orientali, e dei mari d' Arabia, nè ſi ſa che viva o ritroviſi per accidente in alcuna parte dei noſtri. Tanto più adunque merita rifleſſione l' Ittiolito di queſta ſpecie che abbiamo riconoſciuto fra quelli del Gabinetto Bozziano, eſſendoſi egli diſotterrato dagli ſtrati di un monte così lontano, ed intercettato dalle nominate regioni.

poſteriores radios habeant breviores, caudæ vero circulo non finiantur. Patet enim (dum tamen intentis oculis lineamenta extrema corporis velimus in lapide contemplari) multum ſane illud in foſſile regnum migrans debuiſſe immutari. Præcipua porro mutatio, quæ proprios characteres attingit, in eo eſt quod quatuor aculei dorſales ex inſitione quadam in unum cum primo radio proximæ pinnæ coiverint, ex quo factum eſt, ut & hæc præter commune modum creverit, & illi ſic extenuati ſint ut oculos pene fugiant. Præterea minores radii tum hujus pinnæ, tum huic adverſæ, quæ ad anum ſpectat, quod neceſſe erat a ſua fragilitate teneritateque ſic mutilati & decurtati fuerunt, ut ſparſa adhuc in lapide eorum fragmenta cernantur. Idem in margine extremo caudæ accidiſſe, atque hanc a circuli naturali figura debuiſſe deficere quis non videt? Verum in tanta deformatione & varietate etiam nunc radii XVIII ſuperſunt in pinnis pectoralibus, in dorſali XL, in abdominalibus VI, in anali XXVIII, in caudali XVIII: notæ quidem ſecundi ordinis, ſed quæ adamuſſim nativis Chaetodontum notis reſpondent.

Ad hæc quæ diximus illud addendum eſt Ch. Pinnatum incolere interjectum mare Arabas inter atque oppoſitos Indos, in alio quovis adhuc ignoratum. Hinc Ichthyolithorum Bozzianorum illuſtriſſimus haberi debet, cum & ſe peregrinum oſtentet, & tamen ſepulcrum ſibi quæſiverit in Bolcæ præruptis ſaxis, quæ tanta ab illis regionibus diſterminant intervalla.

N. III

L' AGO CINESE
FISTULARIA CHINENSIS

T. V. FIG. I.

F. cauda rotundata mutica. *Linn.* S. N.pag. 515. N.o 1.
F. corpore ſquamoſo compreſſo; cauda rotundata ſeta nulla. *Encycl. meth.* l. c. pag. 148. Pl. 71. fig. 290.
Solenoſtomus cauda rotundata integerrima; ſeta nulla. *Gronov.* Zooph. pag. 366.

Bellone maculata cauda trapetia. *Argenov* Orycht. 1755. pag. 535. Pl. 26. fig. D.
Acus chinenſis maxima. *Petiver* Gazophyl. tab. 68. fig. 1.

La forma cilindrica e piatta del roſtro colle maſcelle alla ſua ſommità, e la coda rotonda mancante di appendice ſetoſa ſono i due caratteri, che diſtinguono l' *Ago Cineſe* dalle ſpecie ad eſſo congeneri, ed anche dagli Eſoci Americani ed Aſiatici, ai quali ſomiglia. Egli abita nelle acque marittime della China, luogo abbondantiſſimo di peſci particolari ſconoſciuti affatto nelle regioni d' Europa, dove ora rilevaſi l' eſiſtenza tra i foſſili di un' antica ſua ſpoglia.

Il corpo dell' *Ago Cineſe* nello ſtato ſuo naturale non è molto diverſo in quanto all' abito eſterno da quello dell' Aguglia dei noſtri mari, di cui parleremo fra poco. Solo rilevaſi in eſſo un roſtro meno lungo e più largo fatto di un ſolo pezzo a guiſa di tubo, laddove l' altro è compoſto di due paralleli fra loro e ſottili, che ſi aprono a foggia di bocca. La ſtatura altresì dell' Ago Cineſe paragonata nelle ſue dimenſioni coll' Aguglia ſuddetta ſi manifeſta affatto diverſa, come appariſce più chiaramente dagli eſemplari grandioſi di ſimile Fiſtularia, che dentro allo ſpirito di vino ſi conſervano nei gabinetti reali di Firenze, e dell' univerſità di Pavia. L' illuſtre *Linneo* che deſcrive colla ſolita ſua preciſione un tal peſce dietro alle figure di *Petiverio* (6) e di *Valentino* (7) analoghe a quella del noſtro foſſile, aſſegna col ſentimento del *Gronovio* (8) al medeſimo 7 pinne: una dorſale di

Fiſtulariæ Chinenſis ſpeciem ab ejuſdem generis Piſcibus atque adeo ab Eſocibus Americæ & Aſiæ, quorum gerit ſimilitudinem, late disjungunt inſignia duo: roſtrum ſcilicet cylindraceum teres complanatum & maxillas in extremitate ferens, cauda vero rotunda nulla ſetarum appendice adjecta. Nomen illi a mari quod Sinas ad orientem & meridiem ambit, cui datum, ut et piſcoſum eſſet & eas aquatilium ſpecies aleret, quæ neque ad ſua litora neque in alto Europa unquam deprehenderit; & tamen quibus noſtro in mari vivis invehi non licuit, ex iis unum Verona ſuis immortuum humatumque montibus Europæ oculis reſervavit.

Non magnum porro diſcrimen eſt inter Acus noſtri maris, de quibus infra ſcribemus, ac Fiſtulariam Sinenſem, quod pertinet ad ea quæ extrinſecus ſunt. Tantum differt quod hujus roſtrum brevius & latius eſt, tubique inſtar uno oſſe conſtat; illarum vero duobus gracilibus oſſibus, æquali intervallo productis, quorum hiatu cibum capeſſunt. Modus etiam corporis longe diverſus, ut clare compertum eſt ex eorum collatione cum Fiſtulariis, quæ de more conditæ in regiis Muſeis Florentino & Ticinenſi ſervantur. Linneus conciſa ut ſolet brevitate hunc piſcem deſcribens prolatis Petiverii & Valentini figuris Iconis noſtri ſimillimis, illi ſeptem cum Gronovio pinnas attribuit: unam quidem XXVI diſtinctam radiis in dorſo, duas XVI radiorum ad pectus, totidem ventrales VI radiis inſtructas; ad anum vero & ad caudam ſingulas, quarum hæc radios gerit XI, illa XXIV. Inveſtigantes igitur utrum

(6) Gazophyl. l. C.
(7) Ind. 3. fig. 3. 23. 492.
(8) Zoophyl. l. C.

26 raggi, due pettorali di 16, due ventrali di 6, l' anale di 24, e la caudale di 11: confrontando su tali rapporti l' Ittiolito Bozziano che l' immagine ci presenta del medesimo pesce, rilevasi che l' aletta dorsale ha perduto parecchj raggi conservandone soli 15, i quali anche per la lor sottigliezza si ravvisano a stento. Le pinne pettorali poi, le ventrali, e l' anale mancano parimenti di una gran parte dei loro ossicelli, ma hanno però le radici al sito preciso in cui veggonsi nelle citate figure. La sola pinna caudale corrisponde nel numero dei raggi ai caratteri Linneani, ed oltre a ciò ritiene eziandio nella circonferenza la rotondità che le è propria. Malgrado adunque le alterazioni fin quì notate su parti delicatissime e difficili a conservarsi, rimangono nondimeno degl' indizj bastanti per riconoscere dall' abito esteriore di questa spoglia, e dai residui de' suoi contorni l' immagine sfigurata dell' Ago Cinese.

Fra i pesci naturali d' America che sull' originale disegno del P. Plumier si veggono espressi nella Tavola vigesima sesta della nuova Mineralogia di Argenwille, uno ve n' ha che combina esattamente col nostro Archetipo sì nell' esterna faccia, che nella dimensione e statura del corpo, e nella disposizione delle sue membra. Esso è riferito dall' autore alle varietà dell' Aguglia belone; ma parrebbe piuttosto a primo aspetto una specie di Spinarello (9), atteso il carattere degli 8 aculei che precedono la sua pinna dorsale. Noi crediamo di poter collocare siffatto pesce nel genere delle Fistularie, al quale secondo il sito delle pinne ventrali e la struttura del rostro indubitatamente appartiene; e sotto questi rapporti non dubitiamo di giudicarlo una varietà dell' Ago Cinese vivente in America, le di cui differenze dalla specie comune consistono nella statura più piccola, negli otto aculei dorsali, e nel corpo tigrato di bruno sopra un fondo di rosso chiaro. Che se tali caratteri fossero tutti visibili nell' Ago fossile del gabinetto Bozziano, si potrebbe con ogni certezza determinarlo per un individuo della varietà rife-

hæ secundi ordinis notæ in Ichthyolitho Bozziano compareant invenimus pinnam dorsalem radiis XI. diminutam, ex iis qui supersunt obtritos & exiles haud facile internosci, quod reliquum pinnarum est vix oculis cerni posse a tenuissimis suis ossibus nudum; quæ tamen radices eo prorsus loci habent, quo in dictis figuris defixas intuemur. Una excipitur pinna in quam cauda desinit: hæc & nativam formam rotundam exprimit, & radios tot obtinet, quot Linneana lex sanxit. Nihilominus, etiamsi mutatio tanta facta est, quanta in partibus fieri oportuit mollissimis & fragilibus, quæ diu sane nequeunt permanere; habemus tamen indicia non dubia, ut vel ex habitu corporis & lineamentorum circuitu ac vestigiis hanc, deformatam licet, Sinensis tamen Acus figuram esse rite possimus pronunciare.

Inter Americæ Pisces ex archetypis figuris P. Plumierii expressos in Tab. XXVI Novæ Mineralogiæ *Cl. Argenwillii, unus occurrit, qui exemplar nostrum non forma tantum sed & modo corporis atque amplitudine, tum qualitate ipsa situque membrorum perfecte imitatur ac veluti effingit. Illum eruditus auctor adjungit varietatibus Acus Belones; & tamen primo adspectu putaret aliquis propter insigne illud aculeorum VIII, qui pinnam dorsi antecedunt, hunc piscem non multum fere a Gasterosteis distare. Verum cum certas teneamus notas rostri speciem & pinnarum ventralium situm; id constare arbitramur, quod satis est, ut hoc definite fistulario generi subjici debeat, sitque proinde habendum absque ulla dubitatione veluti quidam a Sinensi Acu modice disjunctus gradus, cui habitanda cesserint freta Americana. Gradus porro hujusmodi, quatenus ab communi specie differt, ita, si placet, definitur corpore minori, dorso octonis aculeis armato, & cute subrubicunda fuscis maculis adspersa. Equidem si hæc signa in Bozziano Acu omnia liceret perspicere, jam certo hunc ex Americanis esse constitui posset: nam si aculeos excipias,*

(9) Gasterosteus *Linn.*

rita: giacchè a riſerva di non avere alcuna traccia di ſpine, nè di nativi colori, ſomiglia intieramente nel reſto all' Americano prodotto dal citato Naturaliſta.

quorum nullum extat veſtigium, nativoſque illos colores, Fiſtularia noſtra Americanæ prorſus ſimillima dicenda eſt.

N. IV

L' AGUGLIA

ESOX BELONE

T. V. FIG. II.

E. roſtro utraque maxilla ſubulato. *Linn.* Syſt. nat. pag. 517. N.° 6.

E. roſtro cuſpidato gracili ſubtereti ſpithamali. *Arted.* Gen. p. 10. N.° 6.

E. roſtro ſubulato. *Bloch* Ichth. 1. pag. 189. Planch. XXXIII.

E. maxillis utriſque ſubteretibus ſubulatis; cauda bifurca. *Gronov.* Zooph. pag. 117. N.° 362. Muſ. 1. pag. 10. N.° 30.

E. capite longe roſtrato: maxillis ſubulatis. *Encyclop. Meth.* l. C. pag. 150. Pl. 72. fig. 297.

Acus vulgaris. *Willougb.* Ichth. pag. 231. tab. P. 2. fig. 4. app. tab. 3. fig. 2.

Oppiani *Ruyscb.* Theatr. Anim. 1. pag. 56. tab. 15. fig. 16. 17.

Timucu Peisce Agulna. *Marcgraw* Braſil. pag. 168.

L' Orphie. *Aſcan.* Icon. Tab. VI.

L' Acuchia. *Salvian.* de Aquatil. pag. 68.

Quaſi tutti i Zoologi ammettono col Linneo che l' Aguglia da Marcgravio deſcritta è di figura ſerpentina a roſtro cilindrico, colla maſcella inferiore più lunga della mandibola ſuperiore; ed eſſendo tal peſce nativo delle acque marittime del Braſile, ne ſtabiliſcono una ſpecie particolare diſtinta dal noſtro *Belone* col nome di *Eſoce Braſilieſe* (10).

Il celebre Bloch nella Storia naturale dell' Aguglia Belone forma di queſta, e dell' Eſoce Braſilieſe una ſola ſpecie (11). Noi dobbiamo rimarcare in prova della di lui eſattezza, che eſaminando attentamente la figura quantunque rozza del *Timucu* di Marcgravio non ritrovaſi in eſſa alcuna diverſità da quell' Eſoce, che abita nel mare Mediterraneo, nè appariſce neppure la ſtraordinaria lunghezza della maſcella inferiore del roſtro, dalla quale più che dalla forma del corpo fu indotto il Linneo a deſcriverlo per una ſpecie particolare. Oltre di che nel ſuddetto peſce le pinne non differiſcono punto nel ſito proporzione e numero delle parti da quelle dell' Aguglia dei noſtri mari. La ſtatura del corpo nel ſuo ultimo accreſcimento perviene alla lunghezza di circa due piedi, come anche ſi

Ichthyologi fere omnes cum Linneo Acui a Marcgravio deſcripto ſerpentium figuram, roſtrum cylindri ſimile, inferioremque maxillam attribuunt ultra eam quæ ſupra eſt procurrentem. Unum præterea ſpecie a Belone Europeo diſtinctum aſſerunt, & Braſilienſem Eſocem vocant tanquam in Braſiliæ mari prognatum.

At Cl. Blochius in hiſtoria, quam de Acu Belone contexuit, huic ſpeciei adpoſuit etiam Eſocem Braſilienſem: quod quidem accurate cogitateque factum putamus. Nam ſi diligenter figura Marcgraviani Tumucu (*ſic enim barbari nominant*) *rudi licet ſtylo diducta conſideretur, plane conſtabit non modo hunc a noſtris Acubus diſſimilitudinem præſeferre nullam; ſed ne longiſſima illa quidem maxilla roſtrum ejus inferius porrigi, qua multo maxime Cl. Linneus, quam a conformatione corporis, ut novam illi ſpeciem decerneret inductus eſt. Et ſane in* Tumucu *pinnæ eædem omnino ſunt & loco & proportione & partium numero, atque in Acu noſtri maris: proceritas prope eadem jam in corpore perfecto pedum duorum: idem etiam roſtrum rotundatum, quaſi fiſtula intus cavum, & in maxillas diſcretum duas, quarum altera non*

(10) Eſox Braſilienſis maxilla inferiore longiſſima; corpore ſerpentino. *Linn.* Syſt. nat. pag. 517.

(11) Ichthyol. Part. 1. pag. 189.

verifica dell' Aguglia; e il roſtro ſteſſo corriſponde a ſiffatta ſpecie, eſſendo compoſto egualmente di due maſcelle cilindriche e tubuloſe, di cui una talvolta è alquanto più lunga dell' altra, ed entrambi poi ſi combaciano con una ſerie di minutiſſimi denti. Le quali coſe manifeſtando l' inſuſſiſtenza dei caratteri Linneani intorno alle differenze ſpecifiche dell' accennato peſce, ci guidano colla ſcorta di Bloch a conſiderarlo una ſemplice varietà dell' Aguglia denominata *Belone*: tanto più che anche in queſta ritrovaſi non di rado, che la maſcella inferiore eccede in lunghezza la ſuperiore.

nunquam excedit paullum extra alteram; utræque vero minutis ſtipatæ dentibus pectinatim prorſus ut ſeræ coeùnt. Quapropter cum nulla Eſocis Braſiliani Linneana nota conſtare poſſit atque adeo in noſtris etiam non raro infima maxilla ſit longior; pace Marcgravii dixerim, ſuus hic piſcis, duce Blochio, Acus Belones varietatibus jure merito adſcribetur.

L' Ittiolito che preſentiamo ſotto lo ſteſſo nome, non potrà mai dubitarſi che non appartenga a un picciolo ſcheletro del Timucu, o peſce *Agulna* dei Braſilieſi, ogni qual volta ſi confronti il noſtro diſegno tratto dall' originale eſiſtente nel gabinetto Bozziano, con quello che viene eſibito nell' opera del più volte nominato Marcgravio. Soltanto è da rifletterſi che in queſto foſſile trattaſi di uno ſcheletro, a cui manca tutta la carne, e nella quale la piegatura della ſpinale midolla infranta dalla parte del capo dimoſtra aver egli ſofferto degli urti gagliardi, ed un quaſi totale diſcioglimento prima di rimanere avvolto e indurato nella pietra ſciſſile, dove preſentemente ſi trova.

Venio nunc ad Ichthyolithum noſtrum, de quo ſane arbitror dubitare poſſe neminem (ſiquidem velit cum figura Marcgravii typum Bozzianum conferre) quin perfecte Tumucu *ſive Eſocem Braſilienſem perparvo in corpore referat: tantum, quod & de aliis animadverſum fuit, hic iterum reputet ſibi quiſque, hunc piſcem immaturam ſcilicet occubuiſſe mortem, ſed & miſerrimum ipſi mortis ſane genus atque acerbiſſimum accidiſſe; quippe inflexio ſpinæ dorſalis qua capiti adnectitur infractæ, conatus ejus ut ſe explicaret, deque telluris complexu abſtraheret vi incurſuque undarum valido prohibitos compreſſosque teſtatur, & caro abſumpta corruptionem diſſolutionemque corporis totius oſtendit, antequam ejus molles fragileſque reliquiæ in ſolidiorem naturam lapidis commutarentur.*

Da tali vicende derivano gli aboliti caratteri delle pinne non ſuſſiſtendo che dei rimaſugli vicino alla coda, ove nella ſpecie nativa ſono inſerite e più eminenti, cioè la dorſale e l' anale. Queſti reſidui però congiunti alla forma ſerpentina del corpo, e alla figura del roſtro gracile e ſpitamale ſomminiſtrano baſtanti ſegni caratteriſtici dell' Aguglia Belone.

His porro calamitatibus afflictum corpus non mirum ſi pinnarum inſignia amiſerit, quarum vix quædam levia veſtigia reſtiterunt prope caudam, cui nimirum in hujus etiam ſpeciei aquatilibus eminentes illæ pinnæ dorſi atque ani ſolent inhærere: quæ quidem veſtigia, præter ea de quibus ſupra diximus, videlicet anguinam formam, ſpathamque imitans roſtrum gracile, novo argumento eſſe dixerim quod Ichthyolithus noſter jure Belonis Acubus adnumeretur.

Nel muſeo Gazoliano dei foſſili del Veroneſe eſiſtono due altri eſemplari del medeſimo peſce, che ſono per lo meno tre volte più grandi, e nei quali ſi vedono diſtintamente tutti i caratteri della ſpecie a riſerva di quelli che ſi riferiſcono alla ſtruttura del roſtro. Noi ab-

In muſeo Gazoliano duo extant Eſocis Belones exempla triplo majora, quæ notas omnes ſuæ ſpeciei proprias oſtentant, iis tamen exceptis, quæ ad roſtri ſtructuram pertinent. Atque hæc profecto juſtiſſima cauſa fuit cur præ illis ante oculos eruditorum proponendum informe

biamo per questo riguardo preferito di sottoporre agli occhi del pubblico l' esemplare Bozziano benchè difettoso e deforme, avendolo nel tutto insieme ritrovato il più conveniente ad esprimere la figura del Timucu di Marcgravio; e ci siamo poi servito degli altri per maggiormente estendere i nostri confronti sul numero dei raggi, e sulla disposizione delle diverse pinne.

Non bisogna più oltre confondere con questa specie alcuni Ittioliti più grandi (12) che hanno comune con essa la forma serpentina del corpo, il rostro a due mascelle cilindriche e cuspidate, e la coda bifida. L' essere questi armati di una pinna dorsale, che si stende dalla nuca sino alla coda come nel *Lepidopo* di Govanio (13), e dell' anale che dalla metà del corpo giunge essa pure sino alla base della caudale; è manifesto indizio che non appartengono punto all' Aguglia, in cui le due pinne anale e dorsale incominciano sempre al dissotto dalla giusta metà del corpo. Più ancora l' aver essi impiantate le pinne ventrali in mezzo alle pettorali, dimostra che non hanno relazione alcuna al genere abdominale degli Esoci, ma sono invece da riferirsi all' ordine Linneano dei Pesci toracici.

Se il pesce esibito dal nostro scheletro sia stato propriamente un abitatore del mar del Brasile, oppure dei nostri, noi non sapremmo definirlo con sicurezza malgrado i suoi molti rapporti colla figura del Marcgravio più sopra citata. Abbiamo nelle Ittiologie di Ruyschio e del Willougbey il ritratto di alcune piccole Aguglie dell' America e dell' Amboina, che somigliano anch' esse alla nostra, e che tutte poi si riportano al Lucio Belone sin quì descritto. Decidano dunque i Geologi a quali di questi mari più verisimilmente possa in origine appartenere siffatta spoglia.

hoc atque ærumnosum ex Bozziano deligeremus: hujus enim insignia omnia in unum collata Marcgravianum Acum aptius exhibere visa sunt; porro illis ad retractandas inculcandasque comparationes usi sumus & numeri radiorum & situs pinnarum.

Jam neque hæc species confundi prælerea debet cum quibusdam grandioribus Ichthyolithis, quorum corpus serpentes effingit, cauda bipartito procedit, duasque gerit rostrum longas rotundas cuspidatas maxillas. Namque illi, quum pinnas dorsi atque ani ejusmodi habeant, ut altera ab occipite ad caudam producatur, altera vero a corpore medio cum basi pinnæ ejusdem caudæ pariter continuetur; jam nulla ratione possunt Acubus adjungi, in quibus dictæ pinnæ infra medium corporis profecto locum incipiunt. Ventrales insuper inter eas quæ pectoris sunt insidentes, nonne aperte indicant nulla illos Generi Abdominali *cognatione jungi, sed potius in Linneano* Ordine Thoracico *esse collocandas?*

Utrum vero Piscis hic noster a proximi maris Esocibus, an potius a Brasiliensibus oriundus sit, non ita sane proclive dictu est, nec certo constitui potest. Vidimus quidem in Ruyschii ac Willougbeyi Ichthyologiis parvas aliquot Acus Americæ atque Amboinæ, quæ satis bene hanc nostram adumbrant; verum & hæ omnes in Belones descriptæ speciem rediguntur. Itaque Geologorum judicium esto quibus olim ab aquis ortum nostra Acus habuisse maxime probabiliter dici possit.

(12) Vedi Scheuchzero *Herbarium Diluvianum* Tab. XX. fig. 6.

(13) Lepidopus argenteus. *Encycl. meth.* ichth. pag. 50. 51. Planch. 87. fig. 364.

N. V

IL NUOTATORE
PEGASUS NATANS

T. V. FIG. III.

P. roftro cuneiformi inermi. *Linn.* S. N. pag. 418. N.° 3.
P. corpore oblongo tetragono: roftro fpatulæformi. *Encyclop. Method.* l. C. pag. 29. Pl. 22. fig. 78.
P. corpore oblongo tetragonoque. *Bloch* Ichth. IV. pag. 62. Pl. CXXI. fig. 3. 4.

Cataphractus corpore oblongo plagioplateo; capite levi; roftro elongato fpatuliformi. *Gronov*. Zoophyl. N.° 357.
Zeeldzamar Zeedrak. *Valentin*. Ind. III. pag. 484. fig. 426.

Il corpo prifmatico e articolato di quefto piccolo Ittiolito, ed il roftro a foggia di fpatola dilatato alquanto alla fommità lo fanno tofto conofcere per un individuo della fpecie indicata. A Gronovio fono dovute le prime efatte notizie ful *Nuotatore*, pefce che vive nei mari dell' Indie orientali trafcurato da tutti per effere fprovveduto di carne, e di peffimo gufto. Dopo di Gronovio il Linneo, e più diffufamente il Dott. Bloch ne diedero la defcrizione affegnando ad effo due pinne pettorali di 9 raggi, due ventrali al torace di un raggio folo, una dorfale di 5, un' altra anale parimenti di 5, ed una caudale non bifida, e di 8 raggi.

Confrontando attentamente l' Ittiolito Bozziano della noftra tavola col Nuotatore efpreffo nella tavola centefima vigefima prima di Bloch, non può dubitarfi della perfetta corrifpondenza d' entrambi in quanto alla forma del corpo, e che rapprefentino nel tutto infieme il medefimo pefce in differente ftato di confervazione ed integrità delle parti. Di fatto mancano bensì nella noftra fpoglia foffile le due larghe remigi pettorali fpiegate, e fono appena vifibili a riferva della caudale tutte le altre pinne, ma fuffiftono ancora gli angoli faccetati del tronco, le fue incifioni trafverfali a guifa di anelli, la dilatazione del roftro nell' apice, il reftringimento del corpo verfo la coda, la ferie dei piccoli aculei ventrali, ed altri fegni caratteriftici, pei quali diftinguefi il Nuotatore dai piccoli pefci di figura confimile, e della famiglia degli Aghi.

Parvum hunc typum natantem ipfum Pegafum effe quis neget cum is antiquam adhuc prifmatis formam articulis diftinctam fervet, & ad modum rudiculæ extremum roftrum dilatet? Gronovio quidem Pegafus debet, quod primus nobis plane diftincteque innotuerit, quem jam pene nudum carne, nec ad vefcendum aptum pifcatores & menfæ procul a fenfibus miferum fine nomine amandarant. Poft Gronovium Linneus, deinde etiam accuratius Doct. Blochius Pegafum ab oblivione vindicarunt. Typum hic donat pinnis feptem: duabus videlicet ad pectus quæ radios habent IX, ventralibus binis ad thoraca quæ unico radio firmantur; at quæ ad anum & tergum fpectant, fingulæ radiis V continentur: VIII demum præfefert quæ caudæ jungitur non bipartita.

Pegafum nunc Bozzianum confer jam ftudiofe cum tabula CXXI operis Blochiani: nimirum intelliges nullum illi infigne præcipuum fuæ fpeciei deeffe, nifi forte quod aut ætas negaverit aut mutatio ftatus deleverit; atque adeo utrasque tabulas ejusdem exhibere pifcis eandem confimilium characterum fummam. Et fane in Ichthyolitho non illæ duæ quidem remiges latæ pectoris sese exporrigunt, neque corpus reliquum præter caudam ullas exerit pinnas. At forma etiam nunc angulata & multarum facierum, at incifuræ tranfverfæ quafi annuli, at roftrum extrema parte latius patens, gracilitas denique trunci corporis prope caudam, parvique aculei fub alvum continuati non folum fidem faciunt Natantem hunc Pegafum effe, fed illum a pifciculis etiam pluribus ex Acuum familiis dividunt.

L' Ittiolito di cui parliamo rariſſimo fra gl' impietrimenti del regno foſſile fu diſotterrato dalla Laſtrara nel 1789 in compagnia di altri peſci, e giaceva preſſochè inoſſervato per la ſua piccolezza e leggera impreſſione. Noi l' abbiamo nello ſteſſo anno annunziato al pubblico nella lettera che contiene il Catalogo dei peſci foſſili detti del monte Bolca. Ora aggiungeremo che di queſto peſce non eſiſte finora che un ſolo eſemplare privo del conſueto incontro dell' altra metà del corpo, e che non ritrovaſi per conſeguenza in altre collezioni ittiolitiche di Verona fuori che in quella del Signor Bozza.

Ichthyolithus hic omnino rarus Veſtenæ lapidicinis effoſſus ann. MDCCLXXXIX *aliis immixtus piſcibus vix ſe luce dignum putabat propter ſuam parvitatem, & leviter impreſſa corporis lineamenta; itaque latebat nulli ſpectandus in puteis. Hunc eodem anno de iis produximus, & Bolcanos piſces enumerando vulgavimus; nunc vero ſub aſpectu omnium ſubjicimus: hoc tantum addimus eum dimidiatum eſſe, cum caſu an vitio pars altera perierit cum lapide; unicum præterea, qui nuſquam niſi in Bozziana Lithotheca apparet.*

N. VI

IL RASTRELLO

URANOSCOPUS RASTRUM

T. V. FIG. IV.

U. pinna dorſali priori uniradiata: radio oſſeo validiſſimo longitudine corporis, denticulato. B. S. D. 1. 9. P. 12. A. 8. C. 10.

Chiunque conſideri a primo aſpetto l' Ittiolito Bozziano di cui ora ſi tratta, verrà facilmente nell' opinione da noi altre volte adottata, che egli ci rappreſenti la ſpoglia di un peſce del genere dei Baliſti, e preciſamente il *Baliſta Monoceronte* (14) a lunga ſpina diritta deſcritto da Catesby fra i peſci marittimi della Carolina. Infatti, preſcindendo dalla diſparità delle dimenſioni, che non formano differenza di ſpecie, la figura dell' Unicorno di Bahama prodotta dall' accennato Ittiologo (15), o ſi conſideri in eſſa la forma dell' aculeo dorſale, o la poſizione e il numero dei raggi delle pinne del dorſo e dell' ano, o finalmente l' andamento e fabbrica della coda, tali caratteri di approſſimazione eſibiſce con quella dell' Ittiolito Bozziano, che ſi direbbe queſto il medeſimo peſce ancor piccolo, e ridotto allo ſtato di ſcheletro.

Si quis præteriens primoque veluti adſpectu Ichthyolithum, quem proponimus, velit definire, facile in eam cogitationem veniet, in quam nos alias incidimus, ut putet ab eo faciem exprimi alicujus forte piſcis genere Baliſtarum, atque illius potiſſimum, quem a longa rectaque ſpina vocarunt Monoceronta, *& Cateſbyus deſcripſit inter maritimos incolas Carolinæ. Et ſane ſi amplitudinis modum excipias, qui minimum valet ad ſpecies diſtinguendas, cum profert hic auctor Unicornis Bahamenſis figuram, ut ſive ſpectes aculei qui e tergo eminet formam, ſive in pinnis ejusdem tergi atque ani numerum ſitumque radiorum, ſive demum caudæ habitum atque ſtructuram; plane dicturus ſis ſimilitudinis gradus inter hanc haberi omnes & piſcem Bozzianum, quantum videlicet hujus ætas pati poteſt, naturæ converſio, & humati corporis diſſolutio.*

(14) V. Catalogo dei Peſci foſſili del monte Bolca 1789. Ordine v. Peſci dell' America ſettentrionale.

(15) *Cateſby* Carolin. 2. Tab. 19.

Un esame più circospetto e maturo di simile Ittiolito, del quale le nostre cave non hanno finora somministrato che tre soli esemplari, ci ha fatto conoscere non potersi esso malgrado le indicate apparenze riferire in alcun modo al genere dei Balisti, per essere vestito di minutissime squame, e corredato di otto pinne: ciò che per altro a grave stento rilevasi dalla figura che pubblichiamo, e solo si può discernere sull' originale ingrandito per opera delle lenti. Laddove nella suddetta figura apparisce dalla parte inferiore del capo una prominenza, si distinguono ad occhio armato gli avanzi di due corte pinne composte di raggi quadrifidi, e situate in qualche distanza davanti alle pettorali. Essendo siffatte pinne quelle che negli altri pesci sono inserite al ventre oppure al torace; non è per conseguenza da dubitarsi che questo appartenga all' ordine dei Giugulari, al quale lo riferiamo. Ma la stretta affinità e somiglianza che si riscontra fra i Trachini, i Callionimi, e gli Uranoscopi dello stesso ordine, i quali nell' abito esterno del corpo convengono tutti più o meno col nostro fossile, rende meno facile la determinazione dei caratteri proprj e generici di questo pesce. Noi abbiamo però creduto di non ingannarci nel collocarlo sotto il genere degli Uranoscopi attesa la struttura verrucosa della sua nuca, la situazione degli occhi alla sommità della testa, e i coperchj branchiali di un solo pezzo membranoso e visibilmente ciliato; e ci siamo indotti a distinguerlo da suoi congeneri colla denominazione specifica di *Rastrello* attesa la di lui somiglianza in qualche parte coll' istromento agrario, che porta lo stesso nome.

Il corpo del *Rastrello*, per quanto si può rilevare dalle antiche sue spoglie, conviene cogli altri Uranoscopi nella figura di cono bislungo, nella situazione delle diverse pinne, e nella picciolezza e scabrosità delle squame; ma differisce poi nella forma non angolosa del tronco, e nella rispettiva triplice dimensione delle sue parti. La testa ha comune con i congeneri la grossezza e tubercolosità della nuca, i coperchj branchiali di un solo pezzo, gli occhi approf-

Verum diligentius attentiusque prospicientes in omnes Ichthyolithi partes (cujus ad hanc diem tres tantum numero formæ e lapidicinis extiterunt) quantumvis repugnent similitudine licet, non ipsum tamen nunc possumus in Balistarum genus amplius referre. Quod enim in figura vix oculis cerni potest, id vitris instructi manifesto deprehendimus, corpus scilicet pinnas VIII *gerere, totumque minutissimis squamis circumvestiri. Itaque ubi in imagine nescio quid excedit extra ab inferiore capitis parte, ibi in Ichthyolitho apparent vestigia pinnarum duarum brevium quæ & quadrifidis radiis constant, & locum tenent intervallo modico ante pinnas pectoris. Cum ergo hujusmodi pinnæ eæ sint, quæ in cæteris omnibus piscibus vel in Abdomen insertæ sunt vel in Thoraca, haud equidem dubitare licet quin una cum* Jugularibus *piscis hic noster debeat adnumerari. Et tamen tantam necessitudinem cognationemque habent Trachinii cum Callionymis & Uranoscopis in hoc ordine Jugularium, atque hi omnes in externo habitu tam parum differunt a nostro fossili, ut hujus characteres tum generales tum proprii non ita facile decerni possint. Verum non longe mihi videor a veritate aberrare si hunc in genus Uranoscoporum refero; quod profecto suadent & verrucosum occipitium, & locus oculorum in summo capite, & branchiarum opercula ex una membrana tantum quæ perspicue superciliis distincta est: sed neque succensere mihi neminem posse puto quatenus hunc ipsum ab omnibus Uranoscopis divido, & quod vulgo conceditur Physicis in rebus novis, novo quodam ac proprio* Rastri *designo nomine ab ejus instrumenti, quo utuntur agricolæ, similitudine invento.*

In Rastro igitur, quantum ex antiquis ejus formis existimare possumus, optime conveniunt cum cæteris Uranoscopis figura coni oblongi, sedes pinnarum, & squamarum parvitas atque asperitas; ab illis vero discrepat truncus corporis non angulati, & triplex membrorum comparata dimensio. Congruunt etiam quæ de capite supra attigimus, grande videlicet tuberosumque occipitium, branchiarum opercula ex osse unico, oculi alte in fronte projecti, æquales & incurvi dentes,

ſimati alla ſommità, i denti eguali e ricurvi alla bocca, e le barbe o cirri alla maſcella inferiore (16); ed è poi diverſa dal non comparire depreſſa e quadrangolare, e per la ſtruttura del roſtro, che ſi produce in due lunghe mandibole addentelate e ſottili (17) ſimili a quelle dell' Aguglia belone. Nulla ſi può definire riguardo al palato, alla fauce, alla lingua, ed alle aperture naſali di queſto peſce, non eſſendovi traccia di ſimili parti nell' eſteriore della ſua ſpoglia: ma la membrana branchioſtega, che appariſce al diſotto dei coperchj branchiali in vicinanza delle pinne del petto, preſenta diſtintamente cinque oſſicelli, che ſono ſecondo Bloch il carattere proprio degli Uranoſcopi.

Il dorſo di queſto peſce è munito di due differenti pinne; l' una oppoſta alle pettorali, l' altra parallela all' anale, come ne' ſuoi congeneri: la prima di eſſe conſiſte in un ſolo raggio lunghiſſimo ed oſſeo addentelato nel margine interno a guiſa di ſega: la ſeconda è inteſſuta di 9 raggi bifidi ſottiliſſimi e gradatamente più corti. Le pinne pettorali, di cui la ſiniſtra è appoggiata ſul corpo, e la deſtra ſporge coi raggi più lunghi fuori di eſſo, ſono di figura ovata biſlunga, e compoſte di 12 oſſicelli ſemplici, e non aculeati. Nella pinna anale ſi contano diſtintamente 8 raggi della lunghezza di quelli della ſeconda dorſale, ma ſenza ramificazioni alla ſommità, ed anche meno ſottili. La coda da ultimo intiera, e di figura triangolare allungata divideſi in 10 raggi, otto de' quali biforcati e minori ſono chiuſi fra due più validi ed indiviſi.

Quod Plinius libro XXXII *de pisce Orco scripsit, in hunc Ichthyolithum videtur maxime convenire. Eumdem* Orbem *nominarunt Bellonius, & Salvianus, fusiusque illustrarunt; sed vitiosam prorsus ejus imaginem, additis etiam arbitrio suo squamis, nobis ediderunt. At Pliniani Orci effigies diligentius expressa habetur ea, quam proponunt Ichthyologiæ Sebæ & Blochii. Postremus hic Palumbem piscem, Linneus vero, Artedio duce, Tetrodonta ocellatum in ea viderunt; & sane de fossili tam exiguo difficillimum est constituere utri faveat sententiæ.*

Il nostro Palombo si ravvisa viemmaggiormente per tale alla sua fronte spianata, al ventre che sopravanza l'estremità della testa, alle mandibole eguali del rostro, alla situazione e forma delle pinne branchiali, e finalmente alla dimensione, e struttura della caudale, in cui col favore delle lenti si contano 10 raggi colle loro rispettive diramazioni. Non ritrovasi in questo fossile alcuna traccia delle due opposte pinne anale, e dorsale: ma ciò non esclude la verificazione delle principali note specifiche, per le quali si riconosce.

Nobis vero, ut Ichthyolithum Palumbem potius putemus, probabilem, perspicuamque conjecturam afferunt signa hæc: frons videlicet explanata, abdomen ultra capitis partem summam excedens, maxillæ rostri æquales, figura, & situs pinnarum, quæ ad branchias spectant, structura denique ac dimensio pinnæ caudæ, in qua vitreæ lentis ope decem radios cum suis cujusque ramulis numeravimus. Nullum porro pinnarum, quæ inter se adversæ sunt ani, & dorsi vestigium in fossili apparet; non id tamen ejusmodi est, ut speciei proprias notas vetet cognoscere.

Le spoglie del piccolo pesce Palombo esistono nelle stratificazioni biancastre, e giallognole della Lastrara, nè mai fin ora si trovarono in quelle diversamente colorate del *Riccio tigrato*, delle quali si è parlato più sopra.

Typus hic in albescente lapide, & quasi croceo Bolcanæ lapidicinæ reperitur; nec in alio usquam dissimiliter colorato, neque in eo, ex quo Honckenii *ille Tetrodon eruitur.*

N. XII.

IL PESCE VIOLA

RAJA MURICATA

T. IX. FIG. I.

R. corpore subrotundo, spinis obtusis reticulato; cauda aculeata longissima.

R. corpore suborbiculato; cauda duplo longiore subtus alata, supra aculeis duobus longis utrinque serratis. *Forskaol* Faun. Arab. p. 17. N.o 16.

Raja asteria aspera Rondeletii, & aliorum. *Arted.* Icth. Gen. 45. spec. 11.

Ajereba Brasiliensis. *Piexe viola* Lusitanis. *Marcgraw.* Brasil. p. 175.

I caratteri specifici di questa Razza sono la rotondità del corpo colla superficie coperta di una rete spinosa, e la coda lunghissima armata alla metà di uno o due

Hanc rajæ speciem distinguunt a cæteris corpus teres, spinoso veluti rete supertextum, & cauda longissima, quam mediam unus vel alter aculeus armat, nullæ vero

pungiglioni, e mancante di pinne. Del rimanente la ſua figura conviene in parte con quella della *Razza Aquila* riſpetto alla coda, e molto colla *Paſtinaca*, e colla *Torpedine occhiatella* di Salviano riguardo alla forma del corpo.

Gli Ittiologi antichi e moderni, ſe ſi eccettui ſoltanto Forskaol, mancano di una deſcrizione eſatta di queſta ſpecie di Razza. Linneo non ne dà il minimo cenno nelle diverſe edizioni del ſuo ſiſtema della Natura, e neppure ne' varj Gabinetti da lui deſcritti. L'Ittiologia di Bloch, arricchita dell'illuſtrazione di alcune Razze ſtraniere ommeſſe dal precedente Naturaliſta, non parla in alcun luogo di queſta ſpecie, forſe per non averne mai l'autore avuto ſott'occhio la corriſpondente figura. Artedio, al quale ſi devono le più intereſſanti notizie intorno alla Storia naturale dei Peſci, non fa che accennare ſemplicemente tal Razza, ponendola fralle varietà della *Razza aſpra* di Rondelet e di altri, e riportandoſi all'imperfetta immagine e deſcrizione, che prima di lui ne avea pubblicata il Marcgrawio. Confrontando attentamente il noſtro archetipo col predetto diſegno, emerge un'approſſimazione tale di caratteri in quanto all'univerſale, che ſembra eſſere egli indubitatamente la ſpoglia del peſce *Viola* dei Luſitani, così chiamato per la ſua figura corriſpondente al muſicale ſtromento, che porta lo ſteſſo nome.

Noi però, ritenuta una tale denominazione, che molto acconciamente eſprime l'eſterno abito del noſtro peſce, giudichiamo, che queſto rappreſenti piuttoſto la ſpoglia di una nuova ſpecie di Razza abitatrice dei mari di Arabia, la quale fu deſcritta da Forskaol ſotto il nome di *Raja Sephen*, e che noi abbiamo annunziato con quello di *Raja muricata*, perchè ci ſembra ancora più preciſo, e caratteriſtico.

Riferiſce il predetto Naturaliſta, che la figura della Razza in queſtione, aſtratta la coda, è dalla parte poſteriore sferoidale, e dall'anteriore circolare, e verſo la teſta inclinante al rombo; che la ſua cute è tutta ſparſa al diſſopra di protuberanze ſpinoſe, ed aſpra perciò al tatto, ſe con un dito ſi eſplori dal capo verſo la coda, non manifeſtandoſi tale in ſenſo contrario; che gli occhi di queſta Razza

pinnæ. Cœterum forma piſcis, ſi caudam ſpectes nonnihil cum Raja Aquila, *ſi figuram corporis, multum cum* Paſtinaca, *&* *cum* Torpedine ocellata *Salviani convenit.*

Unus omnium ichthyologorum Forskaolius hanc plane deſcribit. Linnæus ne attingit quidem, ſive in naturæ ſyſtemate, quod pluries retractatum edidit, ſive in deſcriptionibus Muſeorum, quas non paucas literis tradidit. Blochius autem notitia Rajarum exoticarum, quas ille prætermiſerat, auxit quidem Ichthyologiam: hac tamen ſpecie caret omnino. Ipſe Artedius, cui maxima de naturali piſcium hyſtoria referuntur accepta, illud hac in Raja tantum præſtitit, ut ipſam vix indicaret, & in genere Rajæ aſperæ, *ſane multiplici, quod Rondeletius, aliique definiunt, collocaret. Etenim deſcriptione non plane ad veritatem expreſſa, quam Marcgrawius literis, lineiſque ante vulgaverat, ipſe utitur. Cum qua ſi quis noſtram exuviam comparet, profecto viderit, quæ univerſi corporis propria ſunt, in utraque fere eadem occurrere; ex quo fiet, ut ſibi videatur dubitare non poſſe, exuviam ipſam ad piſcem pertinere, qui Luſitanis ex ſimilitudine cum quodam inſtrumento muſico* Viola *appellatur, latinis lyra diceretur.*

Hoc nomen nos quoque retinemus propter accomodatam exterioris formæ ſignificationem: cenſemus tamen ichthyolithum, de quo ſermo eſt, Rajam Arabam eſſe, quam Forskaolius Rajam Sephen, *nos magis proprio nomine* Rajam muricatam *appellamus.*

Etenim hic naturæ cognitor narrat, figuram Rajæ, de qua quæritur, inferius, ſi caudam demas, ſpheroide, ſuperius circulo terminari, propter caput vero pene rhombo: cutem omnem ſuperius minutim protuberare; & qua protuberat, ſpinoſam eſſe, tactuque aſperam, ſi a capite ad caudam digito pertentetur, ſecus ſi ſurſum retroque: oculos prominere; pone hos duo foramina, duplo ipſis majora, obliqua, rhom-

ſono elevati con due fori al di dietro il doppio più grandi, obliqui, e quaſi romboidali; che i denti della bocca appariſcono graniformi, ſpianati, e formanti nella maſcella ſuperiore una ſpecie di arco verſo la fronte; ch' eſſa ha cinque aperture branchiali ai lati del petto e il foro anale in mezzo alle pinne ventrali; che queſte hanno principio, dove naſce la coda, e ſono munite alla baſe di un' appendice coriacea conica, la quale probabilmente coſtituiſce gli organi genitali del maſchio, non ritrovandoſi negli individui femminei; che finalmente, per tacere di molte altre parti, la coda è due volte più lunga di tutto il corpo, e ſchiacciata dal ſito dove incomincia ſino nel mezzo, eſſendo ivi armata di uno o due pungiglioni di figura lineare lanceolata, coperti di cute, e addentellati nei margini a guiſa di ſega. Aggiunge da ultimo, che queſta Razza abita nel mar roſſo, e che col creſcere dell' età perviene ad una ſmiſurata grandezza ſino ad oltrepaſſare il diametro di tre braccia.

All' eſpoſte notizie ſi contrapponga ora in via di confronto la deſcrizione della noſtra Razza delle cave di Veſtena preſſo Bolca, fedelmente copiata dagli eſemplari del Gabinetto Bozziano. Eſſa, come ognun vede, è di corpo sferoidale e inſieme appianato alla maniera di tutte le Razze, ed ha la cute viſibilmente inteſſuta di piccole ſpine diſpoſte in forma di rete. Il margine anteriore della ſua teſta non ſi produce in un roſtro ſiccome quello della maggior parte delle Razze ſpinoſe, ma è quaſi troncato, e ſemicircolare. Preſentando eſſa opportunamente in viſta il corpo dalla parte di ſotto, appariſcono i rudimenti della bocca arcuata verſo la fronte, i denti della quale ſono piccoli e graniformi come rilevaſi eſaminando davvicino la ſpoglia. Alquanto più ſotto della bocca ſi vedono diſtintamente ai due lati del petto le orme ancora ſuperſtiti delle cinque aperture branchiali; e dove incomincia la coda ſporgono in fuori gli avanzi tuttora ben conſervati delle pinne del ventre marcate alla baſe di quella particolare appendice coriacea in figura di cono, che credeſi eſſere l' apparato degli organi genitali del maſchio, e che di fatti non ſi riſcontra in tutti gl' Ittioliti della me-

boidem imitari: dentes referre granorum formam, planos tamen, quorum ſeries in maxilla ſuperiori frontem verſus fere in arcum ſinuatur: quinque eſſe branchiarum hiatus ſecundum pectoris latera: anum vero inter pinnas ventris: has exeri ad caudæ juncturam, & ibidem muniri appendice ex corio, in formam coni: genitale maris, ut veriſimile ſit; namque in fœmina deeſt: demum ut pleraque ſilentio prætercam, caudam reliquo corpore longiorem duplo eſſe: planam a junctura ad mediam partem: inde exire aculeum unum vel alterum, figura lineari-lanceolata, cute obvolutum, utrinque ſerratum. Addit ille poſtremum, hanc Rajam in mari Erytræo degere, eamque in abnormem magnitudinem adoleſcere, vel tribus interdum brachiis longiorem.

Nunc Rajam deffoſſam Veſtenæ prope Bolcam, ſeu veram ejus imaginem ab exemplari Bozziano deſcriptam cum iis, quæ narrata ſunt, conferamus. Ipſam esse corpore spheroideo, eodem plano, quali cæteræ rajæ ſunt, nemo non videt; cutemque ejus, quaſi rete, minutis ſpinis intertexi. Verum ambitus anterior capitis non acuitur in roſtrum, quod ſit in pluribus spinoſis rajis, ſed quaſi obtruncatus, rotundusque est. Quoniam vero inferior corporis facies in conſpectum poſita est; inde rudimenta oris verſus frontem convexi patent: neque propius inſpicientem forma granulata in denticulis latet; neque pone os juxta pectus utrinque veſtigia branchiarum cum quinis hiatibus. Ad caudæ juncturam ſub ventre reliquiæ pinnarum adhuc extant, quibus inhæret appendix conica ex corio, quam ad genitale maris referri diximus: eam ſane nonnulli ichthyolithi hujus ſpeciei, qui Veronæ adſervantur, nullam præsefcrunt. Denique tantum caudæ, quantum inter juncturam, exilioremque ejus partem extenditur, totam corporis longitudinem exæquat. Quæ pars exilior, quoniam in aliis exemplaribus (in hoc enim fodiendo mutilata fuit) tantumdem longa eſt; profecto Raja noſtra nec ratione menſuræ a deſcriptione Forskaoli quidquam differt.

deſima ſpecie eſiſtenti negli altri Muſei di Verona. Finalmente la coda di queſta Razza foſſile miſurata dal punto, ove naſce, ſino a quello dove reſtringeſi in minore ſpazio, eguaglia la lunghezza di tutto il corpo; ed eſſendo, per quanto rilevaſi da altri eſemplari, altrettanto lunga nella parte più ſtretta, che qui per difetto dello ſcavo compariſce troncata, la ſua dimenſione per conſeguenza corriſponde perfettamente a quella che accennaſi nella deſcrizione della Razza di Forskaol.

Il confronto, che abbiamo finora eſpoſto, benchè ſtabiliſca nel totale un eſatto rapporto di ſomiglianza fra la noſtra Razza di Veſtena, e quella del citato Naturaliſta, manca nondimeno delle ſeguenti avvertenze che ſervono a meglio dimoſtrarne l' identità. Primieramente in quanto alla ſtatura dell' eſemplare ſin qui eſaminato non deve ſorprendere, ch' eſſa dia ſoltanto in lunghezza poll. 23 $\frac{1}{2}$, è poco più di 9 in lunghezza, potendoſi ciò aſcrivere all' età freſca dell' individuo, congiunta colla mutilazione della ſua coda. Altronde il Gabinetto del nobile Sig. Conte Gazola preſenta delle ſpoglie foſſili della ſteſſa Razza tre o quattro volte più grandi, e ve ne ſono al contrario di grandezza minore nelle collezioni del Sig. Conte Buri, e del Sig. Marcheſe Canoſſa. In ſecondo luogo per ciò, che ſpetta ai pungiglioni caudali caratteriſtici di queſto peſce, quantunque manchino interamente nell' eſemplare Bozziano, che abbiamo preſentato in diſegno, ſono però manifeſti e viſibili negli archetipi più voluminoſi del Gabinetto Gazoliano poc' anzi citato (fig. 2.), e ſi riſcontrano della ſteſſa coſtruzione, e figura di quelli che Forskaol rinvenne nella ſua *Raja Sephen*. Per le quali coſe non ſembra poterſi più dubitare che l' Ittiolito da noi annunziato col nome di *Peſce Viola*, perchè analogo nella figura all' *Ajereba* del Braſile, non ſia veramente quella ſteſſa Razza, che anche al dì d' oggi vive nel mar roſſo di Egitto, ed ivi propaga tuttora la propria ſpecie.

Verum etſi abſolutam alterius cum altera ſimilitudinem comparatis modo inſtituta demonſtret, duo tamen præterea animadvertenda ſunt, ne quid de una eademque utriusque ſpecie dubitetur. Primum ad magnitudinem pertinet. Nam quod Raja Veſtenæ longa ſit pollices tantum viginti tres, lata vero pollices novem, vel paulo amplius; id non diſſimili ſpeciei, ſed primæ ætati dandum eſt; præter quam quod cauda rajæ mutila ſit. Cæterum exuviæ ejusdem rajæ triplo & quadruplo majores apud Comitem Gazola, contra minores apud Comitem Buri, & Marchionem Canoſſa ſpectantur. Alterum eſt de aculeis caudæ, quibus hæc ſpecies a cæteris ſui generis differt. Quamvis enim in exemplari Bozziano nulli ſint; tamen iidem in majoribus rajis, quarum modo meminimus, omnino coſpicui ſunt (fig. 2.), eadem conformatione & figura, quam in Raja Sephen *Forskaolius deſcribit. Quæ cum ita ſint, mihi videtur dubitari non poſſe, quin Ichthyolithus, de quo diſſerimus, quem communi cum* Ajereba *Braſilienſi nomine* Violam *nuncupavimus propter comunem utrique figuram, eadem ſit ſpecie cum Raja Araba, cujus genus apud Ægyptum in mari rubro uſque ad hæc tempora propagatur.*

Singolare è l' accidente, che riſcontraſi nella Tavola finora illuſtrata, preſentando eſſa tre piccole conchiglie univalvi e marine, impaſtate dentro alla pie-

Singulare prorſus eſt, quod tabula huc uſque deſcripta exhibet; tria nempe ex marinorum univalvium claſſe exigua teſtacea, quæ lapidi ichthyomorpho cohærent, quo-

tra in compagnia della ſpoglia voluminoſa del peſce deſcritto. L' una è l'elice *Scarabeo*, che *Pilon* fu detta dal celebre Scopoli; l'altre ſono due differenti ſpecie di buccini non ancor pervenuti alla loro naturale ſtatura. Ciò a dir vero è molto proprio a farci viemmaggiormente conoſcere, che gli ſtrati, ove trovanſi avviluppate le ſpoglie dei peſci, furono il riſultato di antichi tumultuarj depoſiti delle alluvioni del mare.

rum altera helix Scarabæus, Pilon *ab illuſtri Scopolio dicta, alia vero ex buccinorum genere ſunt, ſed nondum adulta. Hoc ſane phænomenon in eo nos educit, ut in dies rectius edoceamur, ichthyfera ſtrata, marinis exuviis referta, ex procelloſis veteribuſque alluentis oceani ſubſidentiis fuiſſe concreta.*

N. XIII.

IL MORO

CHÆTODON MESOLEUCUS

T. X. FIG. I.

Chætodon parte anteriore albus, poſteriore fuſcus, faſciis nigris. *Forskaol* Faun. Arab. p. 61. n. 83.
Ch. faſcia ocellari, aculeo unico ad operculum, duodecimque ad dorſum. *Bloch* Ichth. VI. p. 88. Pl. 216. fig. 2.
Ch. meſomelas, meſoleucus. *Gmelin* ſyſt. nat. Linn. p. 1263. n. 47. & p. 1266. n. 55.

Queſto peſce marino, non rammentato nè dall' Artedio, nè da Linneo, fu anch' eſſo per la prima volta ſcoperto da Forskaol nei lidi dell' Arabia; indi più recentemente al Giappone da Bloch, che ne pubblicò la figura con alcune brevi notizie intorno ai caratteri della ſua ſpecie. Il Signor Gmelin nelle aggiunte fatte all' Ittiologia ſiſtematica di Linneo, colpito forſe dalla diverſità del luogo natale, poſe per due differenti ſpecie il *Moro* deſcritto da Bloch, e quello precedentemente ſcoperto da Forskaol, chiamando l' uno *Chætodon meſomelas*, e l' altro *Chætodon meſoleucus*: nel che certamente i più eſatti confronti lo riconvengono di qualche ſviſta.

Hunc quoque marinum piſcem, cujus neque a Linnæo, neque ab Artedio mentio facta fuerat, nactus eſt primum idem Forskaolius in Arabiæ litoribus, deinde in Japonenſium ora nuper Blochius; qui præterea illius & figuram typis vulgavit, & notas paucis attigit. Sed Gmelinus in additamentis ad Ichthyologiam ſyſtematicam Linnæi, piſcem eumdem in duo diſtribuit genera, ut Morum *Blochii* Chætodon meſomelas, Morum *vero Forskaolii* Chætodon meſoleucon *appellaret, ductus fortaſſe locorum natalium diverſitate; ſed tamen diligenti utriuſque comparatione redarguitur.*

Conſiderando l' eſterna faccia dell' Ittiolito, che ora annunziamo per un' antica ſpoglia del Meſoleuco, appena ſi può venire in cognizione, ch' eſſo appartenga al genere dei Mollidenti, ed alla ſpecie indicata, poichè oltre alla perdita dei denti fleſſibili, e dei nativi colori, la forma primitiva del di lui corpo non è più la ſteſſa, e le due eſtremità del medeſimo, cioè il roſtro e la coda hanno ſofferto dei notabili cambiamenti nel loro ſepolcro. In mezzo a ciò nondimeno l' eſame analitico, e comparato di tutte le pinne, la particolare ſtruttura di queſte, ed il numero dei loro raggi, che a riſerva della pinna caudale corriſpondono in tutto

Equidem ſi faciem exteriorem ichthyolithi, de quo modo inquirendum eſt, ſpectes, ipſum ad genus Chætodon, ſpeciemque meſoleuci pertinere vix cognoſcas. Nam præter quam quod dentes ſetacei, nativique colores perierunt, priſtina corporis forma, præſertim in roſtro & cauda ipſo in ſepulcro inſigniter immutata eſt. Pinnas tamen ejus omnes ubi ſingillatim diſpicias & cum Blochii figura compares, qua ſint ſtructura, quot conſtent radiis, certe in animum inducas tuum (nam diſparitas radiorum in pinna ventris non tanti eſt ut aliter ſentias) & reliquias meſoleuci apud nos retineri.

a quanto rifcontrafi nella figura del Mefoleuco di Bloch, guidano a giudicare nel noftro Ittiolito gli avanzi di un pefce dell' anzidetta fpecie.

Il pefce che dagli oltramontani chiamafi il Moro, e *Mefoleucus* dai fiftematici, fchiacciato fecondo la forma generale dei Mollidenti, è di corporatura ovale-bislunga, col capo a punta munito di due grandi occhi, e di piccoli coperchi offei ai due lati, dai quali fporge in fuori una parte della membrana branchioftega a fei raggi, che nel noftro Ittiolito ancora fusfifte allo fteffo luogo. Egli porta per diftintivo della fua fpecie 12 aculei nel dorfo, 1 alle pinne del petto, e 3 alla regione dell' ano, che trovafi collocata dalla parte del ventre alla giufta metà della lunghezza del corpo. Le due pinne anale e dorfale di quefto pefce fono al dire di Bloch eftefiffime, e circondano l' eftremità del fuo corpo a foggia di femicircolo: la dorfale ha 29 raggi, comprefi i 12 aculei; l' anale 21, computate le tre fpine anteriori; 6 le ventrali efiftenti preffo il torace; e 16 tanto le pettorali che la pinna caudale: la qual ultima non è intiera, nè bifida, ma termina con un margine eguale.

Premeffa l' efpofizione di fiffatti caratteri, non fembra certamente più mifteriofa la diagnofi dell' Ittiolito Bozziano, per ciò almeno che risguarda il numero, e la difpofizione degli aculei, e dei raggi delle diverfe pinne. In quefto fcheletro, a cui fu tolto dalle rovine del tempo qualunque efteriore afpetto del Mefoleuco, fi contano dapprincipio foltanto 10 aculei dorfali; ma poi due altri di più leggiera impreffione veggonfi fporgere in fuori dal decimo, che li copre; cofìcchè il numero in tutto è di 12, corrifpondenti nella ftruttura a quelli dell' originale di Bloch. Manca alle alette del petto la fpina poc' anzi indicata: non è però un arbitrio il fupporla fmarrita, o per lo meno invifibile, dappoichè quefte pinne appena fuperftiti in miniatura hanno la fteffa forma bislunga, che è propria delle pettorali del Moro. Per lo contrario i 3 aculei della pinna dell' ano fono affai marcati nel noftro fcheletro, in cui il primo è più corto del fecondo, il fecondo minore del terzo, e tutti poi egualmente robufti, come nella citata figura.

Enim vero Mefoleucus, *qui Morus trans alpes vulgo dicitur, compreffum habet corpus, quod Chætodontum omnium eft; præterea fpecie ovata longiore, capite acuto, magnis oculis cum operculis offeis ad duo latera, unde protenditur pars membranæ (quam branchioftegam nominant) fex compactæ radiis (hanc ibidem ichthyolithus nofter retinet). Aculeos habet, proprios fpeciei characteres, duodecim in dorfo: unum ad pinnas pectoris: tres ad anum fub ventre ad mediam corporis longitudinem. Pinnas dorfi anique latiffime patere Blochius refert, iisdemque duobus velut femicirculis, corpus extremum obvallari: radios vero ineffe novem & viginti in pinna dorfi, unum & viginti in pinna ani, fi aculei in utraque connumerentur: fex præterea in pinnis ventralibus ad thoracem: fexdecim tum in pinnis pectoris, tum in pinna caudæ: quæ poftrema neque integra eft, neque bifida; namque una finitur linea.*

Præceptis hifce characteribus, notionem ichthyolithi Bozziani, cæterum obfcuram, numero & loco radiorum, aculeorumque fere perfpicuam dixeris. Equidem exteriorem Mefoleuci formam hoc in fcheletro omnem ætas corrupit: tamen in dorfo non decem modo aculeos plane extantes, fed duo præterea leviter notatos fub decimo prodeuntes, hoc eft duodecim numerabis; eosdemque Blochiana ftructura. Spinam vero pinnis pectoralibus aut deperditam effe, aut non confpicuam non temere credas; propterea quod illarum vix color aliquis hæret lapidi, fed forma oblongior eadem eft, quam videas in Mefoleuco. Contra in pinna ani tres aculei expreffi plane funt, primus fecundo brevior, hic tertio; pari finguli firmitudine, perinde ac in exemplari Blochiano.

Quanto al numero degli officelli delle diverfe pinne, nella dorfale di quefta fpoglia, computando i 12 aculei, fi contano diftintamente 29 raggi, e forfe anche 30: ciò che non deve fare alcun cafo, avendone Forskaol numerati fino a 37 nel fuo Mefoleuco. Le alette pettorali non lafciano campo alla numerazione dei tenuiffimi loro raggi; le ventrali fembrano compofte di foli quattro, ma ne hanno 6 ramificati, il fecondo de' quali è inneftato col primo offeo, ed il fefto per metà nafcofto dalla parte di dietro. La pinna anale, comprefi i 3 aculei che la precedono, non ha che 19 raggi diftinti, e quindi due di meno della pinna del Moro; che fi poffono per altro fupporre in quefta fpoglia aboliti, o coperti dalla compreffione, e fchiacciatura del corpo verfo l'angolo della coda. Per ultimo la pinna caudale alquanto modificata ne' fuoi contorni fi riduce anch'effa alla precifione di 16 raggi, benchè fembri nell'apparenza formata di 20, a motivo degli efteriori contigui alla pinna del dorfo, e dell'ano, che comparifcono duplicati dopo che furono fciolti, e fveftiti della loro membrana. Del rimanente l'afpetto degli occhi, e dei coperchi branchiali, e la ftruttura delle due pinne, che circondano il dorfo, ed il ventre di quefta fpoglia, convengono intieramente coi caratteri, che fono proprj del Moro.

Sembra dunque poterfi conchiudere, che il predetto Ittiolito del Gabinetto Bozziano appartenga effettivamente alla fpezie indicata, abitatrice attuale dei mari d'Egitto, e di quelli dell'Afia. Noi però lafcieremo ai dotti Ittiologi di meglio verificare i rapporti di fomiglianza, che abbiamo fin qui propofti.

Sed de numero officulorum in fingulis pinnis fi quæras; quæ in dorfo eft, novem & viginti exhibet, fortaffe & triginta; quod nihil nos movet, nam in Mefoleuco vel feptem & triginta Forskaolius recenfuit: quæ pectoris funt, eo tenues adeo habent, ut nequeant fecerni: quæ ad ventrem pertinent, conftare quatuor videntur; re tamen vera fex continent, ramorum inftar; quorum fecundus ex primo offeo exeritur, fextus vero medius retro occultatur: quæ circa anum locata eft, ubi aculeos anteriores computes, radios decem & novem difcernes. Itaque duobus caret; quos tamen, quoniam prope angulum caudæ pifcis corpus compreffum & pene elifum fuit, verifimile fit, aut omnino periiffe, aut contectos latere. Poftremum quæ ad caudam fpectat, ambitu nonnihil immutato, radios fexdecim habet, non plures; nam quod viginti appareant, id fit ex eo, quod finguli extremi juxta pinnas ventris anique, membrana nudati fua exfertique, bini videantur. Cæterum oculi & opercula, ipfæque ambientes dorfum ventremque duo pinnæ, qua forma & ftructura in Mefoleuco defcriptæ funt, eadem & hoc in ichthyolitho dignofcuntur.

Hunc itaque ad Mori fpeciem Ægypti Afiaeque maria nunc etiam incolentem pertinere, mihi videor non temere adfirmare. Sed tamen argumenta fimilitudinis diligentius expendere, Ichthyologorum fcientiae & judicio relinquimus.

N. XIV.

LO STERCORARIO

CHÆTODON ARGUS

T. X. FIG. 2.

Chætodon fpinis dorfalibus 11.; corpore punctis nigris plurimis; cauda integra. *Linn.* Syft. nat. XIII. p. 464. n. 11.

Ch. corpore lato, maculatoque; fpinis analibus quatuor. *Bloch* Ichth. VI. p. 63. Planc. 204. fig. 1.

Pifcis ftercorarius. *Willougb.* Ichth. Append. p. 2. tab. 2. fig. 2.

Ican Fay. *Ruyfch.* Amboin. p. 33. tab. 17. fig. 6.

Ican-Taci *Renard* Poiffons 2. tab. 10. fig. 211.

Cacatoeha Babintang. *Valentin.* Ind. 3. pag. 403. fig. 180.

Chætodon faber. *Fortis* Journ. de Rozier. 1786. p. 165. Planch. 1.

Fra tutti i pefci foffili del ricchiffimo Gabinetto Bozziano non evvi forfe un efemplare più illuftre di quefto e più corrifpondente nell'abito efterno all'originale figura del pefce, che rapprefenta. Bafta confrontarlo coll' Argo defcritto da Bloch, e cogli analoghi del Ruyfchio, e di Willougbey per avvederfi fubito dello ftretto rapporto, di cui fi tratta. Ed è certamente maraviglioſo l' incontro di un pefce da più fecoli eftinto, il quale fepolto prima in un tenero limo, poi divenuto con effo porzione di pietra ftratificata, e finalmente dopo molti anni fpaccato longitudinalmente in due eguali metà, confervi nondimeno nell'effenziale tutte le forme, e i caratteri, che fono proprj della fua fpecie.

In maxima pifcium foffilium copia, nullum eorum habet Mufeum Bozzianum, aut magis præclarum, quam is de quo agitur, aut magis extrinfecus fimilem pifci, quem refert. Quod ut facile dignofcatur, fatis eft, eumdem cum defcriptionibus aut Argi apud Blochium, aut pifcium ejus generis apud Ruyfchium & Willoubeyum comparare. Mira fane res, pifcem aliquem molli primum limo confepultum, dein in ftratum lapidem cum eodem limo converfum, poft multa demum fæcula medium a capite in caudam diffiffum, formis tamen fpeciei fuæ notifque omnibus, quæ maxime propriæ fint, nunc etiam diftingui.

L' immagine dello *Stercorario* foffile, che qui prefentiamo, è quella fteffa, che con più rozzo difegno fu dal Ch. Sig. Ab. Fortis nel 1786 prodotta fotto altro nome. Mancante egli allora di que' foccorfi, che fi hanno prefentemente dai nuovi libri d'Ittiologia fiftematica, giudicò in via di approffimazione, che lo Stercorario Bozziano foffe una fpoglia del Mollidente fabbro di Brouffonet (1), illuftrato fucceffivamente da Bloch (2). Ma quelli che conofcono in pratica il pefce Fabbro, e le figure che prefentano del medefimo i due nominati Ittiologi, non potranno ora convenire col fentimento del citato Naturalifta, al quale d' altronde fi devono le prime fcoperte dell' efoticità di alcune fpecie d'Ittioliti.

Sed tamen imaginem hujus ichthyolithi, quam hic modo exhibemus, olim Albertus Fortis vir clariffimus anno CIƆIƆCCLXXXVI, etfi rudius expreffam, vulgavit fub nomine Chætodontis Fabri, quem primum Brouffonetus, dein Blochius planius defcripferant. Cum vero libris quibus fcientia de pifcibus nunc aucta eft, tunc ille careret, ipfe quod veritati proximum intelligebat, non temere fecutus eft: fummi quidem ingenii Phyficus, qui primus quorumdam ichthyolithorum peregrinitatem detexit. Aft qui fabrum ipfum vel figuras ejus ufu noverit, is ab illo in hoc diffentiat neceffe eft.

Tanto nella figura del corpo che delle parti che lo compongono, quanto an-

Etenim exuviæ noftræ tum figura univerfi corporis artuumque, tum forma & po-

(1) Ichth. Decad. I. n. 5. tab. 6.

(2) Ichth. Par. VI. Pl. 212. fig. 2.

che nella forma, disposizione, e numero dei raggi principali delle diverse pinne sussistono in questo Stercorario fossile sotto alcuni accidenti i caratteri distintivi della sua specie. E primieramente rispetto al corpo, se pongasi mente alla curvatura della spinal midolla, si comprenderà la ragione, per cui al confronto della figura di quello di Bloch comparisca alquanto più corto, ed anche più rilevato nel ventre. Avendo questa spoglia dalla parte estrema del capo sofferta una compressione gagliarda, della quale si hanno indizj tuttora dai labbri spezzati, e dallo spostamento dei denti, si è quindi a minore lunghezza ristretto, quando era ancora flessibile, il di lui corpo, coll' aver acquistato in proporzione maggiore lunghezza, e protuberanza dai lati: cosicchè fu duopo di molta pratica per rilevare in esso gli avanzi della forma romboidale, e della struttura propria delle mascelle, da Bloch rimarcata nel pesce Argo. Del rimanente il capo, e la disposizione di tutte le altri parti del corpo combinano coll' originale figura del pesce, di cui si tratta, sempre però avuto riguardo a certe modificazioni particolari, che in una spoglia fossile devonsi ragionevolmente supporre.

L' aletta dorsale di questo pesce, stando alle descrizioni di Bloch e di Linneo, ed anche al naturale di lui ritratto, è composta di 28 raggi, dei quali gli undici primi sono più robusti, ed aculeati, gli altri 17 gracili e suddivisi in piccoli rami congiunti da una membrana comune. Questa stessa forma e disposizione di parti si ravvisa eziandio nella pinna dorsale del nostro fossile; ma in essa si contano soltanto 9 aculei in vece di 11, e 13 raggi in luogo di 17: locchè pare, che debbasi ascrivere agli accidenti, che siamo per avvertire. Primieramente riguardo agli aculei, il terzo, che succede ai due primi più corti, dimostra per la sua straordinaria grossezza di essere generato dall' innesto di un altro contiguo, che costituiva forse in origine il quarto raggio. Lo stesso apparisce nel quinto aculeo, che qui tiene il luogo del quarto, dovendosi argomentare dal suo volume, che sia un nuovo duplicato di aculei, cioè il quin-

situ, numeroque radiorum præcipuorum in singulis pinnis proprias Argi (quem & Stercorarium dicimus) notas, quamvis casu nonnihil immutatas retinet. Et primum de corpore. Hoc brevius in exuvia est, alvoque elatiore, quam in Blochii figura sit. Sed causam discriminis curvata vertebrarum series indicat. Piscis enim a capite in caudam validius compressus fuisse adhuc cognoscitur; nam & labia dississa, & dentes a sede dimoti sunt. Itaque corporis tunc flexilis longitudo quidem contracta est, latitudo vero pariter amplificata, lateribus magis quam soleant protuberantibus. Inde etiam fit, ut & formæ rhomboidalis & structuræ maxillarum (quam Blochius in Argo notavit) nonnihil supersit: longo tamen harum rerum usu opus est, ut inspicientes non fallat. Cæterum caput, situsque partium aliarum a figura vivi Argi nihil differunt; si tamen ratio non habeatur earum immutationum, quas ipsa fossilium conditio fert.

De radiis vero, pinnam dorsi octo & viginti radiis constructam Argus habet, si Linnæi Blochiique verbis, atque adeo nativæ piscis immagini fides est. Priores undecim validiores sunt, & aculeati: cæteri septem & decem graciliores; singuli porro rursus divisi in tenues ramulos, communi tamen membrana colligatos. Forma situsque partium hujus pinnæ in ichthyolitho par cernitur: non tamen numerus; nam aculei novem sunt, radii tredecim: sed differentiam videntur casus attulisse, quos nunc exponam. Etenim duo aculei, tertius & quartus crassiores præter naturam sunt; ita ut videantur utrique ex binis contiguis coaluisse; quod scilicet tertio aculeo se proximus inseruerit, qui ab origine quartus esset; atque adeo qui nunc quartus numeratur, ex quinto & sexto compactus fuerit. Cujus cohæsionis ne dubites, utrumque aculeum dimetitor cum aculeis similibus Argi apud Blochium: dimensio planum faciet, cur novem non undecim discernantur. De radiis vero, quorum duo pri-

m

to congiunto col ſesto in un corpo ſolo. Per aſſicurarſi di queſti due inneſti, che a nove riducono neceſſariamente gli 11 aculei dorſali dello Stercorario Bozziano, baſta paragonare il terzo, e quarto di queſti con i corriſpondenti dell' Argo di Bloch, e ſi vedrà dalle riſpettive dimenſioni quanto ſia giuſta l'oſſervazione. I raggi poi, che incominciano da due troncati in figura di aculei, piegano col rimanente della pinna dorſale verſo la coda in maniera, che i quattro ultimi più ſottili, e più corti di tutti, che in queſta ſpoglia non appariſcono, ſembrano dover eſſere naſcoſti ſotto di eſſa, quando non ſi voglia piuttoſto congetturare, che per la loro ſomma tenuità ſianſi col tempo intieramente ſmarriti.

La medeſima congettura vale eziandio pei due ultimi raggi minutiſſimi della pinna dell' ano; e quindi non è meraviglia, che in queſta pinna preſenti il noſtro ſcheletro ſoltanto 16 raggi in vece dei 18 indicati da Bloch, e da Linneo. Veggiamo d'altronde, che in eſſa a fronte delle vicende ſofferte ſuſſiſtono tuttavia i principali caratteri della pinna anale dell' Argo, cioè 4 aculei anteriori, e una ſerie di raggi diſpoſti in linea paralella con i dorſali.

Nulla diremo delle pinne ventrali, che ſporgono dal torace, e neppur delle pettorali, che vi ſono a fianco, perchè deve baſtare il ſemplice paragone della loro figura con quella dell' immagine naturale dell' Argo, per eſſere certi di un perfetto rapporto, ommeſſa eziandio la numerazione dei raggi, che in queſte due pinne eſiſtono gli uni ſopra degli altri, e furono diſordinati dal caſo.

La pinna caudale di queſta ſpoglia, ſe ſi paragoni con quella dell' Argo di Bloch, ritrovaſi della medeſima forma, e dello ſteſſo andamento, e circonferenza. Nella noſtra però ſi contano diſtintamente 19 raggi, dove nell' altra appariſcono ſoli 14. Nondimeno quando rifletaſi, che i piccoli raggi laterali della coda del noſtro ſcheletro formano nello Stercorario vivente un raggio ſolo più voluminoſo degli altri conſecutivi; e ſe ſi avverta eziandio, che taluno dei raggi contigui rimaſe diviſo in due dopo la perdita della membrana, che teneva unite in un ſolo faſcio le proprie diramazioni, ſarà faci-

mi in modum aculeorum obtruncati ſunt, ſic habeto: eo omnes cum reliqua pinna verſus caudam deflectere, ut veriſimile fiat, quatuor extremos omnium tenuiſſimos, & breviſſimos idcirco hac in exuvia non apparere, quod illos vel cauda operuerit, vel ætas abſumpſerit.

Quoniam vero & in pinna ani poſtremi duo radii pari tenuitate ſunt, illorum quoque jactura eidem cauſæ danda eſt. Itaque ſi radios hac in pinna ſexdecim tantum ichthyolithus exhibet; Linnæus vero Blochiuſque in vivo piſce decem & octo adnotaverunt; nihil idcirco dubitandum eſt; præſertim quod eadem in pinna, ut in Argo, aculei quatuor anteriores, radiique dorſalibus pares poſt tot tantaſque diſſoluti corporis immutationes plane conſtent.

At de pinnis tum ventris a thorace enaſcentibus, tum pectoris circa thoracem poſitis nihil dicam, propterea quod figuras illarum ſimul in exuvia noſtra, & in naturali Argi imagine inſpectanti perfecta ipſarum ſimilitudo palam eſt; quamvis ille nec radios dinumeret alteros alteris ſuperpoſitos fortunæ arbitrio.

Pinna etiam caudæ ichthyolithi forma, flexu, ambitu eadem eſt cum pinna caudæ viventis Argi. Radios tamen illa decem & novem, hæc apud Blochium quatuordecim offert. Sed animadvertamus oportet, qui radii tenues in ichthyolitho extimi ſunt, iis unum in vivo piſce radium craſſiorem ſane, quam qui ſubſequntur, componi: præterea aliquem radium ex proximis in duos fuiſſe diſtractum, exeſa membrana, qua ejus ramuli colligebantur. Itaque facile eſt, multiplicatos radios priſtinum in numerum cogere, præſertim ſi a primo ſuperiore numeremus uſque ad mediam pinnam, qua caſu veluti rimæ veſtigium eſt.

le di ridurre gli apparenti 19 raggi al numero di 14; e molto più incominciando il computo dal primo raggio fuperiore della pinna fino alla giufta metà di effa, che trovafi per accidente fegnata da una fpecie di fenditura.

Manca l'Ittiolito Bozziano delle macchie nere in forma di occhi, che fi rifcontrano ai lati del corpo, e fulle pinne pofteriori del pefce Argo. Ma la ragione di una tale mancanza in uno fcheletro non diverfo dall'Argo fi rende baftantemente chiara, qualora fi confideri, che più in lui non fuffiftono nè gli integumenti fquamofi del corpo, nè i membranofi delle diverfe pinne, fui quali foltanto fono improntate le dette macchie; o fe pur efifte qualche avanzo di fquama, come offervafi verfo la coda, cangiata è del tutto la fua fuperficie, nè altro rimane d'intatto che la natural dimenfione, e rotondità di fimile integumento.

Malgrado le differenze, e i difetti fin qui avvertiti, che più o meno s'incontrano nell'analifi comparata dei Pefci foffili coi naturali, non efiteranno punto i dotti Ittiologi a riconofcere in quefta fpoglia la vera fifonomia alquanto sfregiata, e le principali note caratteriftiche del pefce Argo, chiamato dagl'Indiani in loro linguaggio lo *Stercorario*. Noi abbiamo potuto vieppiù perfuaderci dell'efatta claffificazione di quefto foffile dall'efame dei duplicati della medefima fpecie efiftenti tra gl'Ittioliti del Gabinetto Bozziano, e di quello del Sig. Conte Gazola, avendo avuto agio di paragonare infieme ciafcuno di effi in ciò, che prefenta di più confervato nelle varie fue parti, e di fupplire per tal maniera ai difetti accidentali del noftro.

Il Pefce di cui parliamo, abita nelle acque dolci dell'Indie orientali, e principalmente negli ftagni più paludofi, dove fi pafce d'infetti, e delle immondezze, che vi fi gettano. È probabile, che qualche volta egli faccia paffaggio anche nelle acque marine; poichè nelle memorie di Ruyfchio fui pefci dell'Amboina trovafi fcritto, che ha per coftume di feguire il corfo dei vafcelli di mare, e di cibarfi di tutte le quifquiglie, che da que' legni vengono lanciate nell'acqua. Qual dei due luoghi fia ftato l'originario afilo delle fpoglie di quefto pefce fcavate nelle vicinanze di Bolca, non abbiamo alcun

Nigris maculis in fpeciem oculorum tum in lateribus, tum in pofterioribus pinnis Argus inficitur: nullis vero Bozzianus pifcis. Quid mirum? Maculæ vel fquamis corporis, vel membranis pinnarum inhærent. At in confecto cadavere utrumque integumentum abfumptum eft; vel fi quid fquamarum remanet (quod juxta caudam videtur), omnis earum facies immutata eft, nihil omnino integrum eft præter dimenfionem earum & globofam figuram.

Quod igitur diffimile effe, quod deeffe in ichthyolitho hactenus deprehendi (quoniam idem fere omnibus ichthyolithis, fi cum naturalibus fpeciei fuæ pifcibus articulatim comparentur, commune obtigiffe invenitur), certe doctos phyficos non impediet, quo minus in illo Argi faciem nonnihil deformatam, at præcipuas notas cognofcat. Nobis autem genus pifcis & alia ratione probatum eft. Namque in Mufeis Bozziano & Gazoliano plures ejus fpeciei ichthyolithi adfervantur, ex quibus alias alii integriores partes habent: eos invicem comparare nobis facultas fuit, & quod in noftro corruptum eft, id rectum in altero & fecundum naturam cognofcere.

Denique de Argi fede conftat, ipfum apud Indos in aqua dulci vivere, maxime in ftagno paluftriori, ubi infectis alitur & fordibus; inde Stercorarius *dictus Indorum lingua. Probabile quoque eft, eumdem & in mare tranfmittere. Namque apud Ruyfchium in commentario de pifcibus Amboinæ legitur, hunc fe navibus comitem dare, & projectis inde quifquiliis vefci. Quænam patria fuerit ab origine Bolcano pifci, prorfus divinandum effet. Unum certum eft,*

dato per deciderlo con ſicurezza. Quello, che poſſiamo dire di certo ſi è, che qualunque foſſe l'elemento, in cui viſſero un tempo ſiffatti peſci, non furono eſſi mai riſcontrati finora nell' acque, che bagnano le radici de' monti, dove ſi trovano attualmente ſepolti.

quæcunque ea demum olim viventibus Argis fuerit, ſane in aquis alluentibus radices montium, ubi ſepulti fuerunt, nullum eorum adhuc repertum fuiſſe.

N. XV.

IL DRAGONE

GOBIUS BARBATUS

T. XI. FIG. I.

Gobius cyrrhis duobus maxillaribus exertis; pinna dorſali priori octoradiata; cauda integra.
B. 6. D. 8., 10. P. 14. V. 6. A. 8. C. 20.

È queſto il foſſile Veroneſe, che nel 1788 fu annunziato al Pubblico per una ſpoglia del Gobione occhiuto di Brouſſonet abitante nelle acque dolci dell' iſola degli Ottaiti (1). I caratteri di approſſimazione a ſiffatta ſpecie riſaltano nel confronto della figura del corpo, nella diſpoſizione, e forma di tutte le pinne, e nell' aſpetto eſteriore del capo non meno, che della coda. Ma le differenze ſi rendono ſenſibili nell' eſame delle parti caratteriſtiche della pinna dorſale prima, e del numero dei raggi di tutte le altre: coſicchè ci troviamo coſtretti a dover rinunziare all' idea luſinghiera di poſſedere in eſſo un' antica ſpoglia Ottaitica, e un peſce lapidefatto di que' rigagnoli.

Proditum fuit litteris anno MDCCLXXXVIII exuviam hanc eſſe Gobium ocellarem Brouſſoneti ex aquis dulcibus Othaitarum. Videtur enim alteri altera ſimilibus notis proxima eſſe, nimirum figura corporis, inſertione, formaque pinnarum, demum facie exteriori capitis caudæque. Sed tamen ab altero altera plane differre percipitur characteribus maxime propriis, nimirum partibus pinnæ, quæ in dorſo prior eſt, numeroque radiorum, quibus cæteræ pinnæ inſtruuntur. Itaque opinio de poſſeſſione piſcis Othaitici, apud nos jam a vetuſtiſſima ætate in lapidem verſi, placens quidem eſt, tueri tamen non poteſt.

Sembra che il noſtro foſſile convenga più davvicino colla figura del Cefalo fluviatile del P. Plumier deſcritto da Bloch (2), di quello che col diſegno del Gobione occhiuto di Brouſſonet, al quale per alcuni rapporti fu riferito. Il corpo dell' Ittiolito, di cui ſi tratta, moſtra di eſſere ſtato rotondo e carnoſo, nè molto ſcema in larghezza verſo la coda al paragone degli altri Gobj. Tale è il corpo del peſce rappreſentato dall' Ittiologo Berlineſe, e diverſo l' altro eſibito dalla figura di Brouſſonet. La teſta dell' Ittiolito ſuddetto, quantunque in gran parte ſcompoſta, conſerva il carattere della mandibola ſuperiore più

Et re quidem vera, ſi notas gobiorum ſpecies conſideramus, magis cum Cephalo fluviatili Plumeriano, quem Blochius deſcripſit, quam cum eo Gobio, cujus imaginem Brouſſonetus exhibet, ichthyolithus convenit. Primum figura corporis, quod hic teres & plenius habuiſſe nunc etiam exiſtimari poteſt, ac majore admodum verſus caudam craſſitie, quam genus gobiorum habeat. Deinde capite, quod etſi pene totum diſruptum ſit, tamen mandibulam ſuperiorem inferiori magis proceram, & minus acutam retinet. Præterea cauda, quæ radios ſingulos in ramulos dividit. Demum figura pinnarum ventris, quæ tubam referunt. Hæc enim ſingula ſi in Gobio Othai-

(1) V. Lettera ſugli Impietrimenti del ſig. Vincenzo Bozza al P. Orazio Rota.

(2) Ichth. V. p. 125. Pl. CLXXVIII. fig. 3.

lunga dell' inferiore, e meno pontuta; altro indizio, che lo avvicina viemmaggiormente al Gobione cefalo di quello che all' ocellare. Si aggiunge inoltre, che i raggi della coda ſono ramificati nello ſteſſo modo come nel Cefalo Plumierano, non eſſendo tali nel Gobio di Brouſſonet; e che le pinne ventrali eſibiſcono la figura di tromba, indicata da Bloch per uno dei caratteri diſtintivi del Gobio, che appartiene alle Antille. Contuttociò i Naturaliſti ponendo a confronto le altre parti di queſto foſſile con quelle del Cefalo delineato dal P. Plumier vedranno, che non baſtano gl' indicati rapporti per crederlo della ſteſſa ſpecie, trovandoſi una diſconvenienza totale nella ſtruttura degli oſſicelli della pinna dorſale ed anale, che qui ſono ſemplici, e nell' altro ramificati; e numerandoſi in queſto quattro ſoli raggi nella membrana branchioſtega, 14 nella pinna caudale, laddove nel noſtro ſei ſono i raggi dell' una, e 20 quelli dell' altra.

tico apud Brouſſonetum diſpiciamus, vel omnino diſſimilia, vel parum ſimilia offendimus. Si contra in Cephalo Antillienſi apud Blochium contemplemur, ſingula fere eadem noverimus. Neque tamen, ubi cæteræ ichthyolithi partes cum Cephalo comparentur, utrumque unius ſpeciei eſſe phyſici judicabunt. Nam pinnarum oſſicula dorſi anique in Cephalo ſimplicia, in ichthyolitho multiplicia ramorum inſtar: præterea radios in membrana branchiostega quatuor, in pinna caudæ quatuordecim piſcis Antillienſis, contra in illa ſex, in hac viginti Bolcanus habet.

Le ſpecie dei Gobj, e maſſimamente a coda indiviſa, hanno tal ſomiglianza fra loro nella forma eſteriore del corpo, che tolti i nativi colori, e ridotte allo ſtato di ſcheletro niente vi ha di più facile quanto il confondere l' una coll' altra, ogni qualvolta l' oſſervatore ſi appaghi ſoltanto della fiſonomia, ſenza procedere ulteriormente al confronto delle diverſe parti, che ſomminiſtrano i caratteri differenziali, e particolari alla ſpecie. Da queſto eſame riſulta, che il peſce foſſile, da noi creduto in addietro il rariſſimo Gobio ocellare dell' iſola degli Ottaiti, e a cui diamo ora il nome volgare di *peſce Dragone*, ed il ſiſtematico di *Gobione barbato*, è una ſpecie diverſa da tutte quelle, che furono dagli Ittioliti fin qui deſcritte.

Equidem Gobiorum ſpecies, præſertim quæ cauda non diffiſſa ſunt, ubi colores in diſſoluto corpore evanuerunt, facillime aliæ cum aliis commutantur, ſi rationem unius effigiei habeamus (tanta eſt exterioris habitus ſimilitudo): contra vero aliæ ab aliis cernuntur, ſi partes ſingulas, in quibus ſpeciei differentia ineſt, perſcrutemur, atque invicem comparemus. Quod ſi & in hoc foſſili Gobio quiſquam præſtiterit, continuo viderit, a ſpeciebus Gobiorum quæ hactenus deſcriptæ fuerunt, ipſum alienum eſſe; quem nos adeo vulgo Draconem, *ſystematice vero* Gobium barbatum *appellamus.*

Il noſtro Dragone è della lunghezza all' incirca di un piede, e della larghezza di due dita traverſe; e ſi accoſta nella corporatura ai due Gobj di Brouſſonet, e più d' appreſſo ancora a quello del P. Plumier, moſtrandoſi tuttavia turgido al ventre, e veſtito di folte ſquame. La ſua teſta è voluminoſa di figura conica alquanto allungata, con due grand' occhi verſo l' eſtremità, e con due cirri alla bocca ſimili a quelli

Ipſe eſt fere pedis unius longitudine, latus vero digitos cohærentes duo, proximus corporis habitu duobus Gobiis Brouſſoneti, ſed magis quod diximus, Plumeriano: adhuc enim ventricoſus denſisque ſquamis veſtitus. Caput magnum eſt, coni productioris figura: oculi grandiores capite extremo locantur: cirri duo ori ſubſunt, perinde ac in Mulo marino videmus: inſignior hujus novæ ſpeciei differentia. In membrana branchioſtega ſex oſſicula inſunt: in

delle triglie di mare, i quali ſtabiliſcono il principale carattere diſtintivo di queſta novella ſpecie. Si contano in eſſa 6 oſſicelli alla membrana branchioſtega, 8 aculei nella pinna dorſale prima, 10 raggi nella ſeconda, 14 nelle due pinne pettorali, 6 nelle ventrali, 8 nell' anale, e 20 nella caudale. Gli aculei dorſali dapprincipio ſembrano ſoltanto cinque, perchè il primo ed il ſettimo ſono appena viſibili, e l' ottavo più corto degli altri ſi congiunge coi raggi ramificati dalla pinna dorſale ſeconda, due de' quali rimaſero mutilati in figura di ſemplici. Le pinne pettorali preſentano appena un leggiero impronto dei loro raggi, che formano una ſpecie di triangolo ottuſo ai lati delle aperture branchiali. Più marcate ſono le due pinne del ventre, inſerite in mezzo alle pettorali, e ſi ſcorgono di figura cilindrica a guiſa di tromba con un'articolazione nel mezzo, la quale può anche crederſi effetto del caſo. Il ventriglio poi, veſtito tuttora al di fuori di piccole ſquame, ci offre nel mezzo lo ſtomaco a nudo con entro l' intera ſpinal midolla di un piccolo peſce, che fu probabilmente paſcolo innanzi morte della voracità del Dragone. Oppoſta alla pinna dorſale ſeconda è l' anale, in cui malgrado la confuſione dei raggi rilevaſi dalle apofiſi il loro preciſo numero, come anche in ciaſcheduno la nativa ſua forma. Ha la pinna caudale tutto ciò, che può deſiderarſi in un peſce di freſco uſcito dal proprio elemento, moſtrandoſi intatta nella figura e diſpoſizione delle ſue parti, e ſparſa perſino di macchie nere ſopra un fondo più chiaro: dal che appariſce diſtintamente nella ſpoglia del noſtro Dragone il carattere originario della coda elittica, e variegata.

pinna dorſi priore octo aculei: in poſteriori radii decem. At pinnæ ſingulæ pectoris quatuordecim radios habent, ventris autem ſex: pinna ani octo, caudæ viginti. Animadvertendum tamen eſt aculeos dorſi quinque tantum primo aſpectu videri; propterea primus & ſeptimus oculos pene fugiunt: octavus autem cæteris brevior adjicitur radiis ramoſis pinnæ poſterioris dorſi; quorum duo, ramis amputatis, jam ſimplices videri poſſunt. In pinnis pectoris vix tenue radiorum veſtigium ſupereſt ad hiatus branchiarum, ubi illi triangulum obtuſum fere deſcribunt. Inter has vero pinnæ ventris contra eminent figura cylindri, ſeu potius tubæ, quas medius articulus diſtinguit, fortaſſe caſu. In ventre obducto adhuc minutis squamis patet ſtomacus; in quo ſpina dorſi exigui piſcis ineſt, omnino integra, ut credi poſſit, factum fuiſſe, ut vorax Draco, pauloante mortem, eodem veſceretur. Contra pinnam dorſi poſteriorem pinna ani locatur; in qua etſi radii turbati ſint; tamen numerus eorum omnium indicio apophyſeon, formaque ſingulorum dignoſcitur. Denique pinnam caudæ neque piſcis ab aqua exiliens integriorem haberet: nullum detrimentum allatum eſt aut figuræ ejus aut locationi partium, aut demum colori, quem nigriores maculæ notant. Ex quo patet id proprium caudæ a natura eſſe, ut elliptica & maculata ſit.

Quasi tutte le espoſte note ſuſſiſtono intatte nel piccolo Ittiolito ſomminiſtrato dal Gabinetto del Sig. Conte Gazola, ed eſpreſſo con ogni poſſibile accuratezza dalla figura che ne pubblichiamo. Veggonſi in eſſo forma di corpo ovale-rotonda, impronto di mandibole oſſee, e di occhi ſpazioſi, veſtigj di cute reticolata dalla parte del dorſo, e di aculei triangolari da quella del ventre. Gli avanzi della ſua coda corriſpondono in tutto e per tutto alla rappreſentazione della naturale ed originaria. Mancano unicamente in queſto ſcheletro tutte le altre pinne, che per quanto è credibile, atteſa la loro delicatezza, non reſiſtettero alle vicende della petrificazione, e ſi ſono perdute.

Pene omnes hæ notæ in parvo Ichthyolitho Muſæi Gazoliani, atque majori ſtudio in exhibita figura delineato inviſuntur; tantummodo in noſtra exuvia deſunt pinnæ, quas credere eſt, propter exilitatem, in lapideſcendo evanuiſſe.

Il Ricciolino è un peſce nativo dei mari delle Indie, ſconoſciuto interamente in quelli che ſono limitrofi ai noſtri monti. L'Ittiolito che lo rappreſenta non ha finora il ſecondo nella numeroſa ſerie dei peſci foſſili eſtratti dalle cave di Veſtena, e cuſtoditi nelle riſpettabili Collezioni che formano il principale ſoggetto della noſtra Ittiolitologia.

Naſcitur hic piſcis in Indico freto, noſtris, et finitimis omnino ignotus. Analogum Ichthyolithum uſque adhuc unicum fodinæ Veſtenæ exhibuerunt inter innumeros pene piſces, qui in Collectionibus noſtram Ichthyolithologiam præcipue ſpectantibus aſſervantur.

N. XXXIII.

IL GUACARO

LORICARIA PLECOSTOMUS

TAV. XX. FIG. 4.

L. Pinnis dorſi duabus. *Linn.* S. N. XIII. pag. 508. N.° 2.

Plecoſtomus dorso dipterygio, cirris duobus, cauda bifurca. *Gronov.* Mus. Ichth. N.° 67. tab. 3. fig. 1. 2.

Guacari. *Marcgrav.* Braſ. pag. 166. fig. 4.

Jonſton de Piſcib. pag. 190. tab. 34. fig. 5.

Ruysch. Theatr. Anim. I. pag. 132. tab. 34. fig. 5.

Myſtus. *Seba* Muſ. 3. tab. 29. fig. 11.

L'età ancor tenera, e di pochi giorni, nella quale ebbe morte, e ſepolcro dentro alla terra un tal peſce, piucchè dalla ſua picciolezza ſi dà manifeſtamente a conoſcere dalla diſſoluzione degli integumenti coriacei, che lo coprivano, e delle carni, che gli erano proprie. Il di lui corpo è ora così ridotto allo ſtato di ſcheletro, che ſe non rimaneſſe tuttavia nella teſta qualche piccolo avanzo della nativa fiſonomia, appena ſi potrebbe diſcernere in eſſo la ſpecie, che vi ravviſiamo.

Tenera adhuc ætas, cum intra terræ viſcera periit, et ſepultus eſt hic piſcis, magis a coriaceorum integumentorum, et carnium corruptione, quam a corporis exiguitate dignoſcitur. Hoc adeo imminutum exſiccatumque eſt, ut niſi in capite aliquod extinctæ formæ veſtigium maneret, vix ſpecies, cui pertinet, diſcerni poſſet.

Fra tutti quelli che hanno descritto il *Guacaro* merita particolare attenzione il Marcgravio, che diede un minuto dettaglio non solamente della genuina sua forma, ma anche di ciascheduna delle parti caratteristiche, che lo distinguono. Eccone brevemente la sua descrizione.

Il *Guacaro* è un pesce di figura piramidale inversa, che fatto già adulto arriva alla lunghezza di un piede, e dove è più grosso, alla spessezza di otto dita. Il suo capo è piano dalla parte di sotto, rotondo al dissopra, e dai lati descrive un' elissi. La di lui bocca situata all' apice della testa è piuttosto angusta e compressa con barbe laterali in luogo di denti, e la mandibola superiore lunata. Ha parimenti piccoli gli occhi posti al dissopra del capo, e preceduti da un forame lineare, che segna l'organo delle narici. Le branchie di stretta apertura tengono avanti di loro un corpicello parallelogrammo contrattile, e della lunghezza di mezzo dito armato di minutissimi denti che servono alla difesa, ed a pungere gli altri pesci. Immediatamente dopo le branchie avvi per ciascun lato una pinna quasi triangolare, e della lunghezza in circa di due dita e mezzo, la quale è composta di una spina ossea congiunta ad altri cinque raggi minori. Più sotto nella regione del ventre sono impiantate due pinne quadrangolari tre volte più corte delle branchiali, ma sostenute ancor esse da eguali spine. Alla metà del dorso presentasi un' altra pinna lunga quattro dita, e due larga, intessuta di raggi spinosi, ed armata di un forte aculeo dalla parte anteriore. Dopo questa verso la coda sorge una seconda pinna dorsale più piccola, ed adiposa, che davanti è fortificata da una spina cornuta. La coda lunga tre dita, e tessuta di 12 raggi, è di forma bifida, ossia tagliata nell' estremità del margine in due lobi eguali. Tutto il corpo di questo pesce si vede vestito di squame incise, e tuberculose. La testa poi è durissima, ruvida al tatto, e qua e là longitudinalmente solcata.

Dalla descrizione premessa, e dal minuto confronto del nostro scheletro col-

Inter eos, qui Loricariam diligenter descripserunt, praecipue attendendus est Marcgraffius. Hic non solum genuinam figuram, verum etiam characteristicas omnes ejus partes exhibuit. En breviter ejusdem descriptio.

Est itaque Guacarus piscis piramidali figura inversa, qui in longitudinem unius pedis, in octo autem digitorum maximam crassitudinem adolescit. Caput inferius planum, superne rotundum, lateraliter elypticum. Rictus in capitis apice situs, angustus, barbis loco dentium lateralibus, et superiori mandibula falciformi. Parvi oculi supra caput inserti, proximique rimulae lineari, quae organum olfactorium designat. Branchiae strictim hiantes praetextum habent corpusculum parallelogrammum contractile semidigiti latitudine, minutissimis dentibus instructum in defensionem, et aliorum piscium offensam. Pone, et utrinque pinna prope triangularis, duorum digitorum, et semis longitudine, quae spina ossea cum quinque minoribus radiis subtexitur. In ventre pinnae duae quadrangulares, triplo branchialibus breviores, sed pari spinarum numero suffultae. Ad medium dorsum pinna quatuor digitos longa, duos lata, radiis spinosis contexta, et anterius forti aculeo praedita. Caudam versus secunda pinna dorsalis minor atque adiposa, quae anterius cornuta spina substentatur. Cauda tres digitos longa intexitur tredecim radiis, estque bifida, seu in duos aequales lobos in extremo margine secatur. Totum corpus squamis incisis, et tuberculosis vestitur. Caput durissimum, asperum tactu, et hinc atque hinc longitudinaliter sulcatum.

Ex hac descriptione, atque ex attenta nostri spolii cum figuris Marcgraffii, in

le figure del Guacaro dello ſteſſo Marcgravio, riprodotte in forma migliore da Seba, Gronovio, e Linneo (1) pare non eſſervi dubbio veruno che ſia egli quale lo abbiamo precedentemente annunziato, tuttochè in queſta piccola ſpoglia manchino per effetto di corruzione i cirri della bocca, le ſquame oſſee, e quaſi tutte le pinne. La durezza naturale del capo giuſtifica la ſua perſiſtenza malgrado la perdita delle altre parti; e i varj altri eſemplari della medeſima ſpecie, che colle loro tavolette d'incontro eſiſtono nel Muſeo Gazoliano, d'onde fu tratto il preſente, appoggiano ſempre più le noſtre definizioni rapporto ad un ſimile Ittiolito, iſtruendoci a ſepararlo dal genere dei Cotti, e delle Rane peſcatrici, alle quali ſomiglia, ed a riferirlo alle Loricarie, ſiccome un'antica ſpoglia del Guacaro, che ora vive nell'America auſtrale, e nelle acque marittime del Braſile.

meliorem formam a Seba, Gronovio, et Linnæo, recuſis comparatione extra dubium piſcis, quem prænotavimus, videtur eſſe; quamvis barbæ orales, oſſeæ ſquamæ, et ferme omnes deſint pinnæ. Durities illæſum præſtitit caput, etſi illæ molliores partes perierint. Plura exemplaria Gazolianæ Collectionis, unde hoc eruimus, noſtras inductiones magis atque magis confirmant, docentque ſeparandum a Cottis, et Ranis piſcatricibus, quibus ſimile videtur, atque inter Loricarias adnumerandum tanquam Guacari ſpolium, qui in auſtrali America, atque in Braſiliano freto modo degit.

N. XXXIV.

IL DERBIO

SCOMBER GLAUCUS

TAV. XXI.

S. pinnulis nullis, spina dorsali recumbente. *Linn.* S. N. XIII. pag. 494. N.° 5.

S. dorſo dipterygio, oſſiculo ſecundo pinnæ dorſalis altiſſimo. *Arted.* Ichth. Gen. 32. Syn. 51.

Glaucus veterum. *Jonſton* de Piſcib. pag. 11. tab. 1. fig. 11.

Ruyſch. Theatr. Anim. I. pag. 3. tab. I. fig. 11.

Tertia Glauci ſpecies. *Rondelet.* de Piſcib. pag. 255.

Merita ſingolare attenzione l'inſigne ſtatura di queſto Ittiolito Gazoliano, arrivando il medeſimo alla lunghezza di 24 pollici parigini, e dove è più groſſo, alla larghezza di 5. $\frac{1}{2}$. Nel Gabinetto, a cui eſſo appartiene, e in quello altresì della nobile caſa Buri eſiſte qualche altro eſemplare della ſteſſa ſpecie meno conſervato di queſto ne' ſuoi caratteri, ma che nondimeno eccede in grandezza le dimenſioni accennate. Il preſente però fu traſcelto in preferenza non tanto per la ſingolare nitidezza della ſua forma, quanto anche per eſſere fra tutti il più proprio a iſtruirci degli avvenimenti che prece-

Singularem meretur Ichthyolithus iſte Gazolianus attentionem, cum viginti quatuor ſit pariſinos pollices longitudine; maxima autem craſſitudine quinque cum dimidio. In collectione, e qua depromptus eſt, itemque in illa Buriorum *alia extant ejuſdem ſpeciei exemplaria majori mole magisque hoc noſtro labefactata. Hocce tamen prætulimus cum ob ſingularem partium perſpicuitatem, tum ad explicanda phænomena, quæ Veſteniæ argillæ concretionem, et piſcium lapideſcentiam præceſſerunt ut magis accommodatum. Abdominis nonnullarumque pinnarum præſens ſtatus, nec non præſertim ſquamæ eminus diſperſæ non ſtatim poſt*

(1) Muſ. Adolph. I. pag. 79. tab. 29. fig. 1.

dettero l'induramento della marna di Veſtena, e l'imbalſamazione dei peſci nella medeſima. Lo ſtato attuale dell' addome, e di alcune pinne del noſtro archetipo, e ſopra tutto le ſquame ſparſe a qualche diſtanza dal di lui corpo, dimoſtrano chiaramente, che dopo morte non rimaſe ſubito avvolto da una ſolida terra, ma fu prima in potere di un liquido, che incominciando a corromperlo non oppoſe reſiſtenza veruna alla ſeparazione delle ſue parti.

necem ſolida humo obvolutum eſſe demonſtrant, at fluido quodam, quod tabeſcens cadaver, artuumque ſeparationem minime compreſſit.

Noi non abbiamo preſſo i Naturaliſti alcuna buona deſcrizione e figura del *Derbio*, conoſciuto dagli antichi Romani ſotto il nome di *Lechia*, e dai Greci ſotto quello di γλαυκος, dal quale Artedio, e Linneo deſunſero la denominazione ſpecifica di queſto peſce. Rondelet accenna tre ſpecie diverſe del *Glauco* (1), illuſtrandone i diſtintivi colori, la forma, il luogo natale, ed i loro particolari coſtumi; ma i ſuoi tipi ſono talmente ineſatti, che appena ſi trovano in qualche parte corriſpondenti alle deſcrizioni che vi ſuccedono. Non meno infelici appariſcono Ruiſchio e Jonſton che copiarono da Ariſtotele (2), e Plinio (3) le nozioni del Glauco, aggiungendovi quelle di Eliano, e di Rondelet; le loro figure però tuttochè rozze, e poco preciſe, eſprimono in qualche maniera l'immagine della ſpecie, che rappreſentano. Le deſcrizioni poi di Artedio, e Linneo riportate ſin da principio non danno altro indizio caratteriſtico di queſto peſce ſennonſe due remigi al dorſo con un raggio altiſſimo nella ſeconda, e la mancanza delle appendici caudali in forma di pinne.

Glaucum Scombrum incurioſe deſcripſerunt Phyſici, quem Romani veteres Lechiam, *Græci* γλαυκος *nuncuparunt, e quibus Artedius Linnæusque ſpecificam adpellationem deſumpſerunt. Tres Glauci ſpecies diverſas enumerat Rondeletius diſtinctivum colorem, formam, locum natalem, et peculiares eorum mores illuſtrans; at typis uſus eſt adeo infidelibus, ut vix aliqua in parte deſcriptioni reſpondeant. Neque Ruyſchius et Jonſtonus feliciores, qui de Glauco notiones ab Ariſtotele et Plinio hauſerunt cum Æliani ac Rondeletii acceſſionibus. Horum tamen figuræ, etſi rudes, et non admodum fideles, imaginem nullatenus aſſertæ ſpeciei quoquo modo præſeferunt. Artedii autem, Linnæique deſcriptiones initio citatæ non alium hujuſce piſcis indicant characterem, præter quam dorſum bipinnatum, radiumque in ſecunda pinna altiſſimum, nec non appendicum caudalium pinniformium defectum.*

Willougbey nella Storia Naturale dei Peſci (4) ſembra indicarci colla figura non molto veridica del peſce *Colia* di Rondelet e Bellonio, che il noſtro Ittiolito debbaſi riferire piuttoſto a ſiffatta ſpecie, di quello che al *Glauco* degl'Ittiologi. Si oppongono però nel confronto i caratteri preſentati dall'originale diſegno del citato Bellonio, i quali manifeſtano nell'antico χολιας l'eſiſtenza delle piccole pinne verſo la co-

In naturali piſcium hyſtoria non admodum veris Colias *Rondeletii, atque Bellonii figuris videtur Willougbeyus innuere, Ichthyolithum noſtrum ad illam potius ſpeciem, quam ad Ichthyologorum Glaucum eſſe referendum. At in comparatione obſtant characteres in originali citati Bellonii pictura exhibiti, qui in veteri* χολιας *parvarum pinnarum ad caudam præſentiam manifeſtant, quæ in exemplari noſtro aliisque ejuſdem ſpeciei*

(1) De Piſcib. lib. 8. pag. 252. 255.
(2) Hiſt. Anim. lib. 6. cap. 16.
(3) Hiſt. Natur. lib. 32. cap. ultimo.
(4) Ichth. pag. 181. tab. M I. fig. 1.

da, che non ſi riſcontrano altrimenti nel noſtro eſemplare, e negli altri della medeſima ſpecie ſpettanti agl' Ittioliti del Veroneſe.

Dalle poche notizie ſparſe qua e là nelle opere dei mentovati Scrittori ſi rileva che il *Derbio* è un peſce ſquamoſo dell' alto mare, e del genere degli Sgombri, ai quali ſomiglia nella figura del corpo, diſtinguendoſi dai congeneri per le note ſeguenti: 1.° il ſuo dorſo è guernito di due differenti pinne, la prima delle quali ſorge in vicinanza del capo, ed è compoſta di 7 raggi ſpinoſi, e la ſeconda preſenta 25 oſſicelli bifidi gradatamente più corti, e diſpoſti in figura di falce; 2.° le pinne ventrali inſerite alla regione del petto ſono bislunghe, e inteſſute di 5 raggi; 3.° la pinna anale ha la ſteſſa figura, e il medeſimo numero di oſſicelli della ſeconda dorſale a riſerva ch' eſſa incomincia un poco più al diſſotto di quella; 4.° mancano affatto le pinne ſpurie verſo la coda che oſſervanſi nei Palamidi, negli Sgombri, e nei Tonni; 5.° la ſua pinna caudale è meno lunata, e profondamente bifida, ed anche meno lunga di quella delle ſpecie accennate.

A ſiffatti riſcontri potranno gl' intelligenti decidere ſe veramente la noſtra ſpoglia, che molti guaſti ha ſofferto nelle ſue parti caratteriſtiche, preſenti uno ſcheletro in parte corrotto di quell' individuo, al quale abbiamo creduto di riferirla.

ad Ichthyolithos Veronenſes ſpectantibus non extant.

Ex brevibus indiciis hac illac per opera præcitatorum ſcriptorum diſperſis colligitur, Glaucum piſcem eſſe ſquamoſum profundioris oceani e Scombrorum genere; quibus ſimilis eſt corporis figura, a congeneribus ob ſequentes notas diſtinctus; 1.° duas diverſas pinnas habet in dorſo, quarum prima pone verticem ſurgit, conſtatque ſeptem radiis ſpinoſis. Secunda viginti quinque oſſicula continet bifida, gradatim breviora, ac in falcis formam diſpoſita; 2.° pinnæ ventrales ad ſterni regionem ſitæ ſunt oblongæ et quinque radiis intextæ; 3.° pinna analis eamdem præfert figuram, eumdemque oſſiculorum numerum quam ſecunda dorſalis. Excipe quod ſubtus ipſam incipit parumper; 4.° deſunt penitus caudam verſus pinnæ ſpuriæ, quæ in Palamidis, Scombris, atque Thynnis obſervantur; 5.° Caudalis pinna minus eſt falcata, atque alte bifida, et minus etiam quam in prædictis ſpeciebus longa.

Hiſce ab indicationibus poterunt periti dignoſcere, utrum revera ſpolium noſtrum in partibus characteriſticis admodum labefactatum ſceleton exhibeat ex parte corruptum ejus individui, ad quod referendum eſſe cenſuimus.

N. XXXV.

L' ACARAUNA

CHAETODON NIGRICANS

TAV. XXII. FIG. I.

Ch. cauda subbifida, ſpinis pinnæ dorſalis 9, ſpina laterali utrinque. *Linn.* S. N. XIII. pag. 462. N.° 10.
Ch. dentibus emarginatis, aculeo ad caudam. *Bloch.* Ichth. VI. pag. 60. Pl. CCIII.
Ch. aculeis in utroque latere ad caudam duobus. *Haſſelq.* Itin. pag. 332. N.° 71.
Ch. nigreſcens, cauda albeſcente æquali, et utrinque aculeata. *Seba* Muſ. 3. pag. 64. tab. 25. fig. 2. 3.
Tetragonoptrus cinereus lævis pinnis nigricantibus. *Klein* Miſſ. Piſc. IV. pag. 38. N.° 4. tab. 11. fig. 1.
Acarauna braſilienſibus. *Marcgrav.* Braſil. pag. 144.
Ray. Synops. Piſc. pag. 102. N.° 8.
Ruyſch. Theatr. Anim. 1. pag. 123. tab. 32.
Jonſton de Piſcib. pag. 177. tab. 32.
Willougb. Ichth. pag. 21. tab. O I. fig. 3.
Der Perſianer. *Muller* Syſt. Nat. *Linn.* tom. IV. pag. 168.
Ikan Batoe Boano. *Valentin.* Ind. 3. pag. 501. N.° 49.

Queſto peſce dagli Europei denominato il *Perſiano*, e dagli Americani *Acarauna*, è comunemente indigeno del Braſile, quantunque ſi trovi anche per accidente nei mari d'Egitto (1), e in quelli delle Indie orientali (2). Egli creſce di ſtatura più o meno, e fatto già adulto perviene ſino alla lunghezza di circa due piedi.

Il noſtro archetipo tratto, non è gran tempo, dalla Laſtrara di Veſtena, è dunque lo ſcheletro di un individuo di mezzana grandezza, il quale ſepolto dopò morte dentro alla terra, doveva neceſſariamente, atteſa la tenera ſua conſiſtenza, ſoffrire dei notabili cangiamenti; molto più eſſendo egli un peſce morbido per natura, e ſommamente carnoſo (3). Diffatti ſi oſſerva, che molte parti di queſta ſpoglia ſono ridotte a sfacello, come per eſempio la teſta, la pinna dorſale, e la coda; la qual ultima ſembra intera ed eguale ſecondo le definizioni di Artedio, e di Seba, perchè ſpezzati rimaſero i raggi eſteriori, dal prolungamento de' quali nel peſce vivente compariſce lunata. Mancano inoltre in ſiffatto ſcheletro quaſi tutti i caratteri Linneani della ſua ſpecie, cioè le 9 ſpine dorſali, i due pungiglioni alla coda, i 16 raggi delle pinne del petto, la maggior parte di quelli delle due pinne del ventre, ed i proceſſi caudali che veggonſi nella figura del *Perſiano* di Bloch, e che rappreſentano queſta pinna a due code.

Hic piſcis, Europeis Perſianus, *Americanis autem* Acarauna, *degit ut plurimum in Braſiliano mari; etſi caſu etiam in Ægyptio Ponto, atque in Indico Archipelago inveniatur. Plus, minuſve creſcit, et in longitudinem duorum circiter pedum adoleſcit.*

Noſter typus, non dudum ex Laſtrara Veſtenæ effoſſus, eſt ſceleton piſcis mediæ magnitudinis, qui poſt necem ſolo detruſus, ob fragilitatem neceſſario magnas mutationes ſubire debebat; ſpeciatim cum ſit natura mollis, et ſummopere adipe abundans. Multæ revera ejus partes fuerunt in ſaniem redactæ, ut caput, pinna dorſalis et cauda; quæ integra videtur, et æqualis, juxta Artedii, Sebæque definitiones, quia fracti extant exteriores radii, ex quorum prolixitate in viventi piſci apparet falcata. Deſunt in hoc præterea pene omnes characteres Linnæani ejus ſpeciei: ſcilicet novem ſpinæ dorſales; duo aculei ad caudam; ſexdecim radii pinnarum pectoralium; major radiorum pars duarum pinnarum ventris, et proceſſus caudales, qui in figura Perſiani *Blochii viſuntur, quique hanc pinnam duobus cum caudis repræſentant.*

(1) *Haſſelq.* Reiſen pag. 397. N.° 71. *Linn.* l. c.
(2) *Valentyn* Out et Nieuw Ind. tom. III. pag. 591.
(3) *Bloch.* Ichth. VI. l. c.

In mezzo però agli esposti difetti i lineamenti nativi dell' *Acarauna* sono tuttavia sì marcati nell' Ittiolito di Vestena, che ben tosto alla sola fisonomia manifestasi appartenente ad un antico individuo di quella specie. La forma elittica del suo corpo; la struttura, e piccolezza del capo soltanto guasto all' estremità; il sito e figura dell' occhio; la posizione, l' altezza, e l' ordine delle pinne; tutto ciò corrisponde interamente alle immagini più corrette del Mollidente di cui si tratta.

Inter tamen prædicta detrimenta ita Persiani *natalia lineamenta in Ichthyolitho Vestenæ expressa apparent, ut protinus ex solo adspectu ad veterem illius speciei piscem pateat pertinere. Elyptica corporis forma; parvitas, structuraque capitis in ima parte tantummodo erosi; locus, nec non oculi conformatio; situs, altitudo, ac pinnarum dispositio; omnia correctioribus imaginibus Chætodontis, de quo agitur, penitus respondent.*

Marcgravio, che pubblicò il primo la figura naturale di questo pesce, indi Pisone, Willougbey, Ruyschio, e Jonston, che da esso la ricopiarono, sembra che non abbiano osservata molta precisione nei loro disegni. E perciò dal confronto di quelli col nostro archetipo fossile emergono delle differenze sensibili, che ne rendono impercettibile l' asserita corrispondenza. Seba produsse due figure diverse di questo medesimo pesce, prese da esemplari di età differente, il primo de' quali era piccolo e ancora recente, ed il secondo disseccato, e due volte più grande. Quindi fu del pari inesatto nel disegnarlo, come anche in descriverlo, avendone di esso formate due specie distinte nel mentre che erano effettivamente una sola. Ma il celebre Bloch riformò al naturale la figura dell' *Acarauna*, la descrisse con pazienza, ed accuratezza, e ne compendiò fedelmente in dettaglio tutte le principali note caratteristiche, per cui conferendo con esso l' immagine presentata dal nostro scheletro ritroviamo a fronte delle ingiurie del tempo eguaglianza perfetta nella forma del corpo, nell' abito delle pinne, e soprattutto in quella dell' ano, la sola che siasi conservata intatta nelle vicende sofferte da questo pesce, a riserva del primo suo aculeo innestatosi per disseccamento della pelle col secondo.

Marcgraffius, qui prior naturalem hujusce piscis edidit figuram; Piso postea, Willougbeyus, Ruyschius, et Jonstonus, qui eam ex ipso expresserunt, non admodum exacta delineatione usi videntur. Ideoque ex ejus cum typo nostro fossili comparatione sensibiles emergunt differentiæ, quibus adserta conformitas minime comprehendi potest. Dissimiles duas ejusdem piscis protulit Seba figuras, ab exemplaribus ætate disparibus desumptas; quorum primum parvum erat, et adhuc recens; secundum autem exsiccatum, et duplo majus. Hinc cum in delineatione, tum descriptione infidelis duas adseruit hujusce piscis species, cum reapse sit una tantum. At celebris Blochius naturalem Acaraunæ *restituit figuram; patienter, accurateque descripsit: et præcipuas characteristicas notas fideliter ac minutatim in compendium redegit. Quo fit, ut cum ipso imaginem a sceleto nostro exhibitam comparando, licet temporis injuria corrupto, invenimus omnimodam in corporis forma similitudinem, in pinnarum habitu, et præsertim in anali; quæ sola a passis injuriis illæsa remansit, priore aculeo excepto, qui ob cutis exsiccationem secundo adhæsit.*

L' Acarauna fossile che pubblichiamo ritrovasi spaccata per mezzo sopra due tavolette di marna fossile, rappresentandone una di esse la tavola nostra, che viene supplita dall' altra metà d' incontro per ciò che riguarda principal-

Acarauna fossilis, quam edimus, per medium secta, impressa remanet super duas tabellas marnæ fossilis. Earum unam repræsentat nostra delineatio, quæ altera correspondenti suppletur, præsertim quoad radiorum in aliquibus pinnis

mente la mutilazione dei raggi di alcune pinne. Un ſimile Ittiolito è proprio egualmente del Muſeo Gazoliano, come anche di quello un tempo ſpettante al Nobile Monſignor Canonico Marcheſe Dioniſi, dove altri eſemplari minori ſi cuſtodivano della ſteſſa ſpecie.

obtruncationem. Perſimilem Ichthyolithum habet nunc Gazolianum Muſæum; ut olim habuerat Collectio, quæ ad Canonicum Dionyſium attinebat, ubi ejusdem ſpeciei alia exemplaria minora aſſervabantur.

N. XXXVI.

LA RONDINETTA

EXOCETUS EVOLANS

TAV. XXII. FIG. 2.

E. abdomine tereti. *Linn.* S. N. XIII. pag. 521. N.° 2.
E. pinnis ventralibus breviſſimis; abdominis carinis nullis. *Gronov.* Zoophil. pag. 358.
Hirundo altera. *Salvian.* de Aquatil.. pag. 185. fig. P. 67.
Ruysch. Theatr. Anim. I. pag. 39. tab. 17. fig. 8. 9.
Jonſton de Piſcib. pag. 60. tab. 17. fig. 8. 9.
Milvus hirundo. *Bellon.* de Aquatil. pag. 195.

Conſultando i Naturaliſti che hanno parlato di queſta ſpecie, incontraſi tale confuſione ed oſcurità nelle loro definizioni, che appena ſi può venire in cognizione, quale propriamente ſia il peſce da noi indicato col nome di *Rondinetta*. Linneo non diede altri caratteri differenziali di eſſo, ſe non ſe la rotondità del ſuo ventre; ed avendolo annunziato indigeno dell'Oceano della Spagna, e citata la figura del *Pirabebe* di Piſone, e Marcgravio (1) laſciò incerti i Naturaliſti, se ſi doveſſe piuttoſto credere la *Triglia volante* dell'ordine dei peſci toracici, di quello che un peſce ſpettante al genere addominale degli Eſoceti. Salviano, ed altri Ittiologi annunziarono queſto peſce col nome di *Rondine*: nome che da Linneo fu attribuito ad una ſpecie particolare di Triglia (2); e Ruyſchio, e Jonſton nell'illuſtrazione del medeſimo peſce, del quale pubblicarono due differenti immagini, furono indotti a crederlo l'*Eſoceto di Adone*, di cui parla il Bellonio (3), quantunque quest'ultimo ſotto tal nome ci abbia data la deſcrizione, e la figura di una ſpecie di Blennio.

In Phyſicorum operibus, qui hac de ſpecie loquuti ſunt, confuſio, et tenebræ tales offenduntur, ut vix quinam ſit piſcis a nobis Exoceti evolantis nomine deſignatus dignoſci queat. Linnæus non alios exhibuit differentiales characteres, quam ventris rotunditatem; cumque eum Hyſpanici oceani indigenam indicaſſet, citaſſetque figuram Pirabebis *Piſonis, atque Marcgraffii, ambiguos dimiſit Phyſiologos an potius* Mullus volans *putandus eſſet ex ordine piſcium thoracicorum, quam piſcis aliquis, qui ad genus abdominale Exocetorum pertineat. Salvianus, aliique Ichthyologi* Hirundinem *nominaverunt; quam adpellationem Linnæus cuidam peculiari* Mulli *ſpeciei tribuit. Ruyſchius autem, ac Jonſtonus in ejusdem piſcis illuſtratione, cujus duas diverſas imagines ediderunt,* Exocetum Adonis *putandum eſſe crediderunt, de quo Bellonius. Quamquam hic poſtremus ſub hoc nomine deſcriptionem, et figuram cujusdam* Blennii *protulerit.*

La *Rondinetta*, peſce gregario dei mari d'Europa, conoſciuta per la ſua pro-

Exocetus evolans *piſcis gregarius Europeorum pelagorum, e fluctibus evo-*

(1) Braſil. pag. 162.
(2) Trigla hirundo. Syſt. Nat. XIII. pag. 497. N.° 6.
(3) De Aquatil. pag. 222. — 224.

prietà ſingolare di alzarſi a volo dall' onde marine, è propriamente quella ſpecie che *Milvo-Rondine* ſi chiamò da Bellonio per la ſua ſomiglianza colla Rondine di Salviano, la quale è nondimeno diverſa, ſecondo Linneo, nella forma del ventre, e coſtituiſce una ſpecie diſtinta del medeſimo genere degli Eſoceti (1).

I caratteri ſpecifici della *Rondinetta* ſono il corpo fuſiforme niente più lungo di ſei dita traverſe, e veſtito di piccole ſquame argentine; la teſta ovale e ſquamoſa con occhi ſpazioſi, e bocca piccola priva di denti; le pinne del petto più lunghe di tutte le altre, e in forma di ali; quelle del ventre minute, ed impiantate ai due lati; la coda bifida ed a ventaglio diviſa in due eguali ſegmenti nell'eſtremità rotondati. Queſto peſce è fornito in tutto di ſette pinne: due pettorali di 11 ſino a 15 lunghi raggi; due parimenti addominali di 6 brevi oſſicelli; una anale di 10 raggi; un'altra dorſale di 11 oppoſta alla precedente; ed una caudale di 15, e molto più eſteſa di quelle del dorſo, dell'addome, e dell'ano.

Confrontando il noſtro Ittiolito cogli accennati caratteri vi ſi riſcontra eguale forma, e dimenſione di corpo, analoga fiſonomia di capo, e figura di alette alla regione del petto, ed una perfetta corriſpondenza nel numero dei raggi delle ſpine ſuperſtiti. Ma lo ſtrano modo, con cui eſſo è rimaſto diſſeccato dentro alla marna, ha portato in lui delle variazioni, che qualche poco ſi ſcoſtano dai contorni della nativa ſua effigie. La teſta a cagion d'eſempio è meno ovale di prima, e non conſerva in moſtra che una porzione di bocca aperta, e dell'orbita dell'occhio ſiniſtro. Le ali del petto ſono troncate, e più corte delle naturali. Mancano, naſcoſte forſe di ſotto, le pinne del dorſo, e dell'ano, nè avvi che un piccolo rudimento della ventrale ſiniſtra poſto dirimpetto alla deſtra. Contuttociò queſto ſcheletro analizzato attentamente in ogni ſua parte ſi manifeſta a tutti gli indizj per una ſpoglia ſupina di quel piccolo peſce volante, che fu conoſciu-

landi ſingulari proprietate notus, ex illa eſt ſpecie, quam Milvum-Hirundinem *adpellavit Bellonius ob ſimilitudinem cum Hirundine Salviani; quæ tamen juxta Linnæum forma ventris differt, ſpeciemque diſtinctam ex Exocetorum genere conſtituit.*

Specifici characteres ſunt corpus fuſiforme, ſex digitos latos longum, coopertumque parvis ſquamis argenteis; caput ovale ſquamoſum, patulis oculis, ſtricto ore dentibus carente; pinnæ pectorales cæteris longiores, et alarum forma; ventrales exiguæ, duobusque lateribus inſertæ; cauda bifida flabellum referens, ſecata in duo æqualia ſegmenta ad extremitatem obtuſa. Septem ſolas habet pinnas; duas pectorales, undecim, et ad quindecim uſque longis radiis conſtantes; duas pariter abdominales ſex brevibus oſſiculis fultas; unam analem decem radiorum; aliam dorſalem undecim, et priori oppoſitam; unamque caudalem quindecim, latiusque dorſalibus, abdominalibus, nec non analibus extenſam.

Inter hoſce characteres, ac noſtrum Ichthyolithum comparatione inſtituta, reperimus æqualem corporis formam, et dimenſionem, ſimilem capitis adſpectum, et alarum ad regionem ſterni figuram, et omnimodam in radiorum numero reliquarum pinnarum congruentiam. Aſt immodica, cui fuit obnoxius in argilla, exſiccatio ita ejus formam immutavit, ut parumper a lineamentis nativæ effigiei deſciverit. Caput minus quam antea ovale non refert niſi partem oris hiantis, et ſiniſtri oculi orbis. Pectoris alæ ſectæ, et naturalibus breviores. Forſitan introrſum compreſſæ deſunt dorſi, atque ani pinnæ, tantumque ventralis ſiniſtræ contra dexteram ſitum veſtigium apparet. Nihilominus hoc ſceleton in quavis parte attente examinatum, ex omnibus indiciis dignoſcitur ſpolium eſſe ſupinum exigui piſcis volantis, quem veteres Phyſici Hirundinis, *et* Chelidonii *nomine deſignarunt.*

(1) Exocetus volitans. E. abdomine utrinque carinato. *Linn.* l. c. pag. 520. N.° 1.

to dagli antichi Naturalisti sotto i nomi di *Rondine*, e di *Chelidonio*.

L'Ittiolito, di cui parliamo, è l'unico finora di questa specie che esista ne' Musei di Verona. Esso deve la propria luce alle indefesse ricerche praticate in questi ultimi anni dal Chiaro Sig. Conte Gazola nelle cave di Vestena presso Bolca. Dopo tante raccolte d'ittioliti mancava per anche la spoglia di un pesce dell'ordine dei volatori, sebbene per tali si considerassero alcune specie di Mollidenti, e di Giugulari da noi precedentemente descritte (1). La Rondinetta di recente scoperta, ed un'altra specie più piccola di Esoceto (2) che si descriverà in altro luogo, sopraggiunsero opportunamente a rettificare le nostre vedute, e ad accrescere le ricchezze dell'Ittiolitologia Veronese.

Ichthyolithus, de quo agitur, est usque adhuc hujusce speciei unicus, qui in Veronensium Collectionibus existat. Lucem famamque debet laboriosis investigationibus, quas postremis hisce annis in Vestenæ fodinis prope Bolcanum Clarus Comes Gazola impendit. Desiderabatur adhuc exuvia piscis ex genere volatorum, etsi tales nonnullæ species Mollidentium, et Jugularium a nobis antea descriptæ putarentur. Hirundo recenter effossa, atque alia species minor Exoceti, quam alias describemus, opportune emerserunt ut nostras illustrarent inductiones, atque Veronensis Ichthyolithologiæ opes augerent.

N. XXXVII.

IL SERPENTE MARINO

MURÆNA OPHIS

TAV. XXIII. FIG. I. 2.

M. cauda aptera cuspidata; corpore tereti. *Linn.* S. N. XIII. pag. 425. N:° 2.

M. teres gracilis maculosa, cauda tereti cuspidata apterygia. *Arted.* Gen. 24. Syn. 41.

M. Maculata, cauda aptera. *Bloch.* Ichth. V. pag. 31. Pl. CLIV.

Serpens marinus maculosus Listeri. *Ray*. Synops. Pisc. pag. 37. N.° 4.

Willougb. Ichth. App. pag. 19. tab. G. 9.

Conger ventre maculoso, pinnis albidis, caudam extensam non attingentibus. *Klein*. Miss. Pisc. III. pag. 27. N.° 4.

Serpens marinus. *Rondelet* de Piscib. pag. 409.

Questo curioso pesce del genere delle Anguille non si deve confondere colle Trombe marine, come fecero gl'Ittiologi prima di Rondelezio, e neppure col Bronco Indiano di Willougbey (3), che corrisponde all' Anguilla serpente dell'illustre Linneo. La sola struttura del capo, e della sua coda basta per distinguerlo subito dagli altri pesci ad esso congeneri, o che gli somigliano nella forma del corpo. Non sembra neppure ch' egli appartenga ai nostri mari d'Europa, siccome accennasi dall' autore del Sistema della Natura; ma

Non est singularis hic piscis cum Tubis marinis confundendus, ut ante Rondeletium fecerunt Ichthyologi; neque cum Indico Bronco Willougbey, qui Anguillæ Serpenti *illustris Linnæi respondet. Sola capitis, caudæque structura sufficit, ut statim a congeneribus, aut forma corporis similibus piscibus distinguatur. Neque ad Europæ maria pertinere videtur, ut ab auctore Systematis Naturæ innuitur; sed potius ad Arabica Ægypti littora, ubi Forskalus vidit, aut ad Indicum Archypelagum, ut a Blochio conjicitur. Videmus certe in Collectionibus*

(1) N.° II. VII. VIII. IX.

(2) Exocetus exiliens. *Gmel.* Syst. Nat. *Linn.* pag. 1400. N.° 3.

(3) Ichth. l. c. tab. G. 10. fig. 1.

piuttosto ai lidi d'Arabia in Egitto, dove da Forskal fu osservato, oppure all'Indie Orientali, come si congettura da Bloch. Certamente ignorasi visitando le Collezioni dei Pesci Europei, che questa specie vi sia stata giammai compresa, e descritta.

Europæorum piscium hanc speciem nunquam insertam, descriptamque fuisse.

Il serpente marino si manifesta al corpo gracile variegato, e cilindrico a guisa di serpe, alla coda nuda terminata da una cuspide ottusa; al capo bislungo e piccolo in proporzione del suo vasto squarcio di bocca; alle due mandibole disuguali, e dentate; alla lunghezza finalmente delle pinne dorsale, ed anale, che l'una quasi dal principio del corpo, e l'altra dalla metà vanno a terminare presso alla coda.

Serpens marinus seu Muræna ophis *ex corpore exili, variopicto, et ad instar serpentis cylindrico; ex cauda nuda, quæ obtusa cuspide terminatur; ex capite oblongo, et ratione habita ad amplum oris hiatum parvo; ex inæqualibus mandibulis duplici dentium ordine præditis; ex pinnæ denique dorsalis, atque analis longitudine, quarum prior ab initio corporis, altera a dimidio desinunt in caudam, dignoscitur.*

Nel nostro Ittiolito, osservando attentamente, appariscono la maggior parte degli esposti caratteri, sebbene più non esista il nativo colore della sua superficie, ed oltre alle pinne contratte dentro alla carne, abbia il di lui corpo nel disseccarsi perduta la sua naturale grossezza, come rilevasi dalla porzione meno costretta, che tuttavia si presenta verso la regione del capo. Per un simile restringimento di tutte le parti molli di questa spoglia la punta della sua coda comparisce alquanto più corta, e affilata di quella che è propria del serpente marino. Ma presentandoci il nostro archetipo nell'attuale suo stato l'immagine di un vero serpente impietrito, tanto più possiamo ragionevolmente riferirlo all'indicata specie di anguilla, in quanto che vediamo verificarsi l'asserzione di Bloch, il quale parlando di tal Morena soggiunse, che senza pinne patenti essa somiglierebbe perfettamente a una serpe.

Nostro in Ichthyolitho expressi characteres majori ex parte apparent, etsi nativus cutis desit color, et præter pinnas in carne contusas, ejus corpus in exsiccatione naturalem crassitudinem amiserit, ut videre est in parte minus compressa, quæ hactenus versus caput extat. Eadem de causa caudæ apex brevior acutiorque quam in marinis serpentibus videtur. Sed cum nostrum exemplar, uti jacet, veri serpentis lapidefacti imaginem præbeat; eo potiori ratione ad prædictam Murænæ speciem referre possumus, quod Blochii assertionem certiorem fieri videmus, qui de Muræna loquens asseruit, quod sine pinnis patentibus serpens omnino videretur.

Il piccolo pesce in forma di nudo scheletro collocato al dissotto del nostro serpente marino (*fig.* 2) è un altro esemplare della medesima specie d'età più fresca, e meno perciò difeso dal totale discioglimento delle immature sue carni. Di questi se ne ritrovano di frequente alle cave dei pesci fossili della Lastrara. Gli adulti per lo contrario sono rarissimi; ed è forse l'unico fino ad ora quello, che qui abbiamo prodotto, e particolarmente descritto.

Parvus piscis nudi sceleti forma subtus nostrum marinum serpentem delineatus (fig. 2.) *aliud est ejusdem speciei exemplar, ast junioris ætatis; ideoque minus tutum a totali immaturarum carnium dissolutione. Juniores non raro effodiuntur in Lastrara. At adulti e contra perrari; et hucusque unicus est fortasse quem nunc protulimus, et diligenter descripsimus.*

N. XXXVIII.

I L   B R O N C O

M U R Æ N A   C O N G E R

TAV. XXIII. FIG. 3.

M. roſtro tentaculis duobus; linea laterali ex punctis albida. *Linn.* S. N. XIII. pag. 426. N.° 6.

M. ſupremo margine pinnæ dorſalis nigro. *Arted.* Ichth. Gen. 24. Syn. 40.

M. pinna ani, caudæ, dorſique coadnatis, linea laterali alba. *Bloch.* Ichth. V. pag. 33. Plan. CLV.

Conger. *Plin.* Hiſt. Nat. lib. 9. cap. 16. 20.
Aldrov. de Piſcib. pag. 349.
Ray. Synops. Piſc. pag. 37. N.° 1.
Willougb. Ichth. pag. 111. tab. G. 6.
Rondelet. de Piſcib. pag. 162.
Bellon. de Aquatil. pag. 162.
Ruyſch. Theatr. Anim. I. pag. 9. tab. 4. fig. 7.
Jonſton de Piſcib. pag. 19. tab. 4. fig. 7.

Conger pinna membranacea in ſummitate nigra, totum corpus ad caudam usque decurrente: tubulis brevibus in extremo roſtro. *Klein.* Miſſ. Piſc. 3. pag. 26. N.° 1.

Bronco. *Salvian.* de Aquatil. pag. 67. tab. P. 6.

Il corpo rotondo colla teſta depreſſa e bislunga coperta da due lame branchiali, e le pinne del dorſo, della coda, e dell' ano in una ſola adunate diſtinguono queſto peſce dalla comune delle Morene anche ſenza aver d' uopo delle note caratteriſtiche, che gli vengono aſſegnate da Artedio, e Linneo.

Confrontando il noſtro *Bronco* col naturale rappreſentato nella Tav. CLV di Bloch, ſi trova nell' uno e nell' altro la ſteſſa forma di corpo, e la medeſima diſpoſizione di pinne, eſſendovi ſoltanto qualche diſconvenienza riguardo alla ſtruttura del capo, perchè quello dell' Ittiolito è in gran parte guaſto e mancante, come ſi vede ſubito, fissandovi ſopra lo ſguardo, ed eſaminandolo con attenzione. Del rimanente tutte le altre parti combinano a perfezione con quelle del *Bronco* conſiderato ancor piccolo, ſiccome era diffatti il noſtro eſemplare, quando fu colto dalla rivoluzione: nel qual grado di età è noto che queſta ſpecie ſomiglia proſſimamente nell' eſterne apparenze all' Anguilla dei noſtri fiumi.

Il *Bronco* abita d' ordinario nel mare Mediterraneo, quantunque peſcato talora anche in quelli dell' America ſettentrionale, e dell' Inghilterra. Egli creſce ad una groſſezza conſiderabile, talchè principalmente nei mari del Nord ſe ne trovano alcuni che paſſano da 60 fino a 100 libbre. È un peſce voraciſſimo, che devaſta ogni ſorta di

Corpus rotundum, capite depreſſo, et oblongo, duabus laminis branchialibus cooperto, pinnæque dorſi, caudæ, atque ani in unam coactæ a reliquis Murænis hunc piſcem ſecernunt; quin notis characteriſticis ab Artedio, Linnæoque adſignatis ſit opus.

Si Congrum noſtrum cum naturali in Tabula CLV *Blochii delineato conferimus, tam in uno, quam in alio eadem eſt corporis forma, et pinnarum diſpoſitio, et tantummodo aliqua apparet quoad capitis ſtructuram differentia. Nam Ichthyolithi caput magna eſt ex parte mutilum, et corruptum, ut ſtatim videre eſt, ſi attente ipſum expendimus. Cæterum aliæ partes affatim cum partibus congruunt Congri adhuc parvi; ut erat revera typus noſter cum lapideo ſucco fuit involutus; qua ætate notum eſt, hanc ſpeciem quammaxime (quoad externum adſpectum) Anguillis noſtrorum fluminum ſimilem eſſe.*

Degit ut plurimum Conger in Mediterraneo, quamquam in boreali Americæ, atque Angliæ æquore interdum expiſcetur. Ad notabilem craſſitudinem excreſcit ita ut in Ponto boreali præſertim nonnulli inveniantur ſexaginta, atque etiam centum librarum pondere. Eſt ſummopere vorax, omnibus aquaticis infenſus æque ac ſpeciei propriæ; quod Mu-

acquatici, non risparmiando neppure la propria specie; cosa non comune alle Morene che gli sono congeneri. Quindi si ha un nuovo dato per credere che il nostro Ittiolito sia effettivamente un piccolo Bronco, poichè tra i varj saggi, che di esso esistono nel Museo Gazoliano, alcuni ve ne sono, che offrono il ventre scoperto coll' insegna di pesci ingojati, nè digeriti peranche dalle forze animali, allorchè i famelici predatori caddero estinti ed avvolti nel limo.

ræenarum congenerium minime est proprium. Hinc aliud eruitur argumentum ut adseramus nostrum Ichthyolithum parvum esse reipsa Congrum. Nam inter varia exemplaria, quæ Musæum exhibet Gazolianum, nonnulla ventrem habent apertum cum devoratorum piscium vestigiis nondum a viribus intestinalibus tunc digestorum, cum prædatores famelici limo involuti perierunt.

Non vi è paese vicino al Mediterraneo dove non si conosca un tal pesce, che volgarmente chiamasi *Grongo* dal latino vocabolo *Conger*, col quale fu specificato da Plinio, e da tutti gli Ittiologi posteriori. Salviano gli diede il nome di Bronco, che abbiamo creduto di dover adottare in preferenza dell' ordinario per attenerci all' esatta nomenclatura di questo illustre Italiano Naturalista.

Nulla extat regio Mediterraneo finitima, in qua non hic piscis dignoscatur, qui vulgo Grongo *ex latino vocabulo* Conger *adpellatur, quo a Plinio, cunctisque posterioribus Ichthyologis nuncupatur. Salvianus* Broncum *nominat, quod præ usitato nomen usurpandum esse censuimus, ut illustris hujusce Italici Physiologi diligenti nomenclaturæ adhæreremus.*

N. XXXIX.

IL LUCCIO MARINO

ESOX SPHYRÆNA

TAV. XXIV. FIG. 1. 2. 3.

E. dorso dipterygio: antica spinosa. *Linn.* S. N. XIII. pag. 515 N.° 1.
Umbla minor bahamensis. *Catesb.* Car. 2. tab. 1. fig. 1.
Acus Aristotelis. *Ruysch.* Theatr. Anim. I. pag. 36. tab. XV. fig. 13.
Sudis. *Plin.* Hist. Natur. lib. 32. cap. 11.
Sphyræna, sive Sudis. *Aldrov.* de Piscib. pag. 102. *Bellon.* de Aquatil. pag. 167.
Sphyrænæ prima species. *Rondel.* de Piscib. mar. lib. 8. pag. 224.
Luccio marino. *Salvian.* de Aquatilib. pag. 70. fig. P. 9*.

La distanza de' luoghi, e la differenza dei climi ci offrono bene spesso delle varietà rimarcabili nel colore, e nella statura degli animali, siccome anche nel grado del loro temperamento, per cui avviene non di rado, che la medesima specie si modifichi in più maniere scostandosi dalla nativa indole, e dall' originalità delle prime sue forme. Ne abbiamo di ciò fra i molti un esempio nell' uomo stesso, la di cui specie, quantunque identica in ogni parte del continente, è però sommamente varia nelle diverse regioni, come lo dimostra il confronto degli Europei co-

Locorum distantia, et regionum differentia sæpe sæpius cum in colore, atque statura, tum in animalium temperamento eximias exhibet disparitates. Hinc fit non raro, ut eadem species pluribus sit obnoxia varietatibus, quæ a natali indole, et primigeniæ formæ originalitate admodum distant. Inter cætera esto exemplum homo; cujus species etsi tota in tellure uniformis, attamen diversis in regionibus summopere est varia, ut ex Europæorum cum Asiaticis, atque Afris comparatione liquet, et multo magis Alpinorum cum Patagonibus, et Paganorum cum Barbaris est manifestum. Nil

gli Asiatici, e gli Africani, e quello ancor più degli Alpini coi Patagonici, e dei Borghesi coi Selvaggi. Non deve adunque recar sorpresa agli osservatori Naturalisti, che anche ne' pesci rilevinsi le medesime modificazioni portate dalla diversa natura dei climi, e che si abbiano in conto di semplici varietà la maggiore, o minore evoluzione delle loro parti, e la differenza del colorito, allorchè nel tutto insieme sussistono intatti i lineamenti dell'identità della specie.

igitur apud Physiologos mirum esse debet, si in piscibus quoque eædem spectentur varietates e regionum differentia proficiscentes; et majus, minusve partium incrementum, nec non coloris dissimilitudo nonnisi ut simplices habeantur disparitates, cum summatim intacta speciei attributa, et lineamenta remaneant.

Parlando dell'Esoce dei nostri mari chiamato volgarmente *Spettro* dagli antichi Romani, e *Luccio Marino* dai più moderni, non dubitiamo ora appoggiati all'esame delle sue spoglie fossili di annunziarlo per quello stesso, che fu veduto da Catesby nell'America, e particolarizzato col nome di *Umbla minore*, quantunque in questa non corrispondano nè le tinte, nè le dimensioni e la forma serpentina del corpo, sotto la quale il nostro Esoce venne dai Naturalisti quasi generalmente rappresentato. Il solo confronto della fisonomia del volto, del numero, della disposizione, e della figura delle diverse pinne basta per giustificare la nostra opinione, malgrado il silenzio dei sistematici sull'identità di tal specie.

De Exoce nostrorum marium, vulgo Spectrum *a veteribus Romanis*, Lucio marino *a recentioribus noncupato, non dubitamus adserere spoliorum fossilium examini innixi, eumdem esse, quem Catesbeyus in America conspexit, atque* Umblæ minoris *nomine designavit; etsi in hac nec color, nec dimensio, nec serpentina corporis forma respondeant, quibus nostrum Exocem Physiologi pene omnes delineaverunt. Simplex faciei, numeri, ordinis, et pinnarum formæ sufficit comparatio, ut nostra comprobetur opinio, etsi super identitate hujusce speciei systematum sileant auctores.*

Non si deve qui ommettere di avvertire ciò che forse ha impedito finora la verificazione dell'indicato rapporto, cioè che l'immagine del Luccio marino pubblicata dalla maggior parte degl'Ittiologi è per lo più diversa dal suo originale, o copiata da quella di Salviano, nella quale manca per errore la prima pinna dorsale: del che ne sono una prova i Luccj di Ruyshio (1) e di Jonston (2) conferiti con quello dell'accennato Naturalista. Rondelet, e Bellonio diedero bensì rozzamente espressa, ma più veridica, la figura del pesce in questione; e l'Aldrovandi vi corresse la coda, che in una di quelle compariva triloba, e nell'altra eguale, ed intera. In queste poche immagini meno inesatte ed erronee si possono subito riconoscere i rapporti specifici dell'Umbla minore di Catesby coll'Esoce dei nostri mari.

Non obiter prætereunda est caussa, quæ assertæ congruentiæ confirmationem hucusque eliminavit, picturam scilicet Exocis, quam Ichthyologi ferme omnes ediderunt, plerumque ab originali esse diversam, et ex illa Salviani transcriptam, in qua prima deest pinna dorsalis. Hanc rem confirmant Exoces Ruyschii et Jonstoni cum illis Salviani comparati. Rondeletius, atque Bellonius rudem equidem, at veriorem exhibuerunt hujusce piscis imaginem; et Aldrovandus caudam correxit, quæ in una triloba, in altera autem æqualis, ac integra apparebat. In paucis hisce imaginibus minus infidelibus, erroneisque Umblæ minoris *Catesbey cum Exoce nostrorum marium specificæ congruentiæ statim possunt agnosci.*

(1) Theatr. Anim. I. tab. 18. fig. 1.

(2) De Piscib. et Cetis tab. 18. fig. 1.

Il corpo del Luccio marino è lungo ed attenuato come quello de' suoi congeneri, dai quali si distingue nella forma del rostro, nella vivacità ed ampiezza degli occhi, e nel dorso a due piccole pinne. La bocca di questo pesce è armata di varie falangi di denti acutissimi, e si produce in due mandibole acuminate, di cui l'inferiore è più lunga, e alquanto incurvata verso la superiore. Egli è vestito di tenuissime folte squame, e sostenuto da cinque ordini differenti di pinne, due cioè pettorali, altrettante dorsali, e addominali, una alla regione dell'ano, ed una terminale alla coda. Nelle pinne pettorali poste all'apertura delle due branchie si contano 12 raggi; 5 spinosi nella dorsale prima, e 10 moltifidi nella seconda, l'una perfettamente opposta alle addominali, e l'altra all'anale. Le due ventrali esilissime hanno 6 raggi per ciascheduna, l'anale 10, e 17 la pinna caudale, che è profondamente divisa in due lobi.

Nella nostra Tavola sono delineate tre differenti spoglie di questo pesce spettanti agl'Ittioliti della Lastrara, e alla serie di quelli che ora si custodiscono nel Gabinetto del Sig. Co. Gazola. La più grande (*fig.* 1) fu espressamente trascelta da molte altre maggiori per essere fra tutte la più somigliante alla figura dell' *Umbla minore* di Catesby. Vi si vede la smisurata ampiezza dell'occhio caratteristica di tal Esoce; la mascella inferiore più lunga della superiore, recurva, e dentata; le due pinne dorsali colle reliquie dei raggi spinosi dell'anteriore trasportati per contrazione del corpo in vicinanza del capo; l'anale per ultimo opposta alla seconda dorsale è di 10 raggi, e la coda di 17 e profondamente bifida. Un' altra delle suddette spoglie (*fig.* 2) presenta il prospetto di un esemplare più piccolo veduto dalla parte di sotto, ove sporgono in fuori le due pinne pettorali spiegate, che hanno la stessa figura di quelle della *Sfirena* di Rondelezio, e dove pure appariscono i rudimenti della pinna anale, e delle ventrali, ed una parte eziandio della seconda dorsale, oltre all'intiera mascella

Corpus Exocis, ut congenerium, longum, et attenuatum; a quibus differt rostri forma, micantia, et amplitudine oculorum, et dorso duabus pinnulis prædito. Os pluribus phalangibus præacutorum dentium instruitur, producitur que in duas mandibulas acuminatas, quarum inferior est longior, et superiorem versus incurvata. Pertenuibus et densis squamis obtegitur, ac substentatur quinque diversarum pinnarum ordinibus; duabus scilicet pectoralibus; totidem dorsalibus, ac abdominalibus; una ad anum, itidemque una ad caudæ extremum. In pectoralibus ad branchiarum hiatum sitis duodecim numerantur radii; quinque spinosi in dorsali prima, decemque multifidi in secunda, prior abdominali, altera anali apprime opposita. Ventrales duæ perexiles, quarum quælibet sex habet radios, decem analis, decem autem septem caudalis, quæ alte in duos lobos secatur.

Nostra in tabula tres diversæ hujusce piscis delineantur exuviæ, quæ ad Ichthyolithos Lastraræ, atque ad illorum pertinent seriem, qui in Gazoliana collectione asservantur. Major (fig. 1.) *ideo inter ingentiores delecta fuit, quia præ cæteris* Umblæ minori *Catesbey est similior. Adest ingens oculorum amplitudo ejus Exocis propria; inferior mandibula longior superiori, recurva, et dentata; duæ pinnæ dorsales cum spinosorum radiorum pinnæ anterioris reliquiis, quæ ob corporis contractionem juxta caput translatæ fuerunt; analis denique secundæ dorsalis opposita decem constat radiis; cauda autem alte bifida decem septem. Aliud spolium* (fig. 2) *minorem exhibet typum supinum; eminent in eo duæ pinnæ pectorales explicatæ, quæ eamdem habent formam ac pinnæ in Sphyræna Rondeletii; nec non pinnæ analis, ac ventralis vestigia cum parte secundæ dorsalis, cumque bifido caudæ sceleto pariter apparent. Patet postremo denique spolium* (fig. 3) *lapidis contractione in imo corpore utrinque ita fuisse compressum, ut brevius quam fert natura, cumque spinali medulla retorta remanserit. Nihilominus videre est, tria hujus-*

inferiore roſtrata, e allo ſcheletro bifido della coda. L' ultima finalmente (*fig.* 3) manifeſta di eſſere ſtata dal reſtringimento della pietra ancor tenera fortemente compreſſa alle due eſtremità del ſuo corpo, che perciò rimaſe più corto del naturale, e colla ſpinal midolla curvata. Si vede non pertanto che queſte tre ſpoglie ſono di ſpecie identica, e che tutte più o meno eſibiſcono nei loro avanzi i principali indizj caratteriſtici del Luccio marino.

Non vi è Gabinetto d'Ittioliti in Verona, e forſe anche altrove, che non contenga qualche eſemplare di queſta medeſima ſpecie frequentatiſſima ad incontrarſi negli ſcavi di Veſtena preſſo Bolca. Ve ne ſono di quelli che eccedono di gran lunga la grandezza dei poc'anzi deſcritti, e giungono ad eguagliare la ſtatura di circa tre piedi. Ma neſſuno dei voluminoſi ha quel grado di bellezza e conſervazione che compete ai più piccoli, eſſendoſi le loro ſpoglie per combinazione affatto ſtraordinaria tanto più logorate nel loro ſepolcro, quanto erano di maggior mole. Il peſce voraciſſimo, a cui eſſe appartengono, vive comunemente nel mare Mediterraneo; ma non ivi ſoltanto, come rilevaſi dal riſcontro dell' Umbla minore deſcritta nella ſerie dei peſci ſpettanti alla Carolina.

cemodi ſpolia ejuſdem eſſe ſpeciei, ac in illorum reliquiis characteres, et indicia Sphyrænæ marinæ plus minusve exhibere.

Nulla tum Veronæ, tum alibi forſan extat Ichthyolithorum Lythotheca, quæ non aliquod contineat hujuſce ſpeciei exemplar, cum in foſſionibus Veſtenæ prope Bolcanum quam creberrime inveniatur. Quædam jam deſcriptas exuvias magnitudine ſummopere excedunt, æquantque trium circiter pedum dimenſionem. Sed majorum nullum pulchritudine æque ac integritate cum parvis comparari poteſt; cum fortuna omnino ſingulari eorum exuviæ, quo grandiores erant, eo magis in lapideo ſarcofago inveniantur labefactatæ. Piſcis ſummopere vorax, ad quem pertinet, degit in Mediterraneo ſalo; at non ibi tantummodo, ut ab Umblæ minoris liquet comparatione, in ſerie piſcium ad Carolinam ſpectantium deſcriptæ.

N. XL.

LA LACCIA INDIANA

CLUPEA THRISSA

TAV. XXV. FIG. I.

C. pinna ani radiis 28., dorsali radio poſtremo ſetaceo longo. *Linn.* S. N. XIII. pag. 524. N.° 6.

C. corpore ovato. *Amoenit. Acad.* tom. V. pag. 251.

C. abdomine acuto carinato radio ultimo pinnæ dorſalis elongato. *Brouſſon.* Ichth. I. tab. 10.

C. minor radio ultimo pinnæ dorsalis longiſſimo. *Brown.* Jam. pag. 443.

Caillieu-Taſſart. *Duhamel.* Trait. des peſch. part. 2. pag. 548. tab. 31. fig. 3.

Borſtenfloſſe. *Muller.* Naturſyſt. tom. 4 pag. 374. N.° 6.

Sono dovute al Sig. Brouſſonet le prime dettagliate notizie tanto di queſto peſce, che della ſpecie ſeguente. Artedio e Linneo lo deſcriſſero colla ſolita preciſione dei ſiſtematici, e ſenza illuſtrarlo colla citazione di alcuna figura. Lo ſteſſo fecero Houttyn,

Brouſſoneto cum iſtius piſcis, tum ſequentis ſpeciei, primæ, ac minutæ deſcriptiones debentur. Artedius, Linnæusque propria syſtematicorum brevitate deſcripſerunt, nulla comitante figura qua illuſtraretur. Haud diverſe Houttynus, Brownus, Mullerus, atque Osbeckius; ne-

Browne, Muller, e Osbeck; e poco più vi aggiunsero Barbotteau, e Duhamel, che ne pubblicarono l'immagine somigliante, ma non esatta.

Si distingue la *Laccia indiana* dall' Europea (1) al suo corpo di figura ovale bislunga, alla piccolezza delle pinne ventrali, al raggio ultimo dell'aletta dorsale setoso, e lunghissimo, alla pinna anale estesa e troncata, e finalmente alle squame larghe disposte in serie longitudinali a foggia di parallele. Quantunque le pinne di questo pesce siano in generale poco diverse da quelle di altre Chieppie ad esso congeneri, e principalmente della *Ciprinoide*, e dell' *Alosa*, differisce nondimeno da tutte nel complesso degli addotti caratteri, ed anche per la struttura dissimile della testa, nonchè della coda.

Al nostro Ittiolito mancano per le ingiurie del tempo diverse note caratteristiche dell'accennato pesce. Non vi si scorge primieramente che a stento l'ultimo raggio allungato della pinna dorsale, che forse si smarrì dopo morte, o rimase coperto dal corpo dell'animale. Per la stessa ragione non comparisce in mostra la più piccola parte della remige anale, e le pinne ventrali non presentano che i rudimenti dei loro raggi, siccome anche le pettorali. La testa del pesce è appena riconoscibile nelle sue originali fattezze dalla struttura della bocca, dal sito ed angustia dell'occhio, e dall'angolosità, e piccolezza dei coperchj branchiali.

Malgrado però i difetti finora addotti nell'Ittiolito che contempliamo, i residui delle squame che vi si vedono; la forma del corpo, e la proporzione delle sue parti; l'aspetto della coda biloba incisa a maniera di mezza luna, e la corrispondenza del tutto insieme colla figura della Laccia indiana di Broussonet, somministrano argomenti bastanti per crederlo un individuo della medesima specie conservato fra i monumenti delle antiche terracquee rivoluzioni.

Il pesce marino, di cui parliamo, abita unicamente alle Indie orientali, ed occidentali, e fu osservato in varj

(1) Clupea alosa. *Linn.*

que plura adjecerunt Barbottojus, ac Duhamelius, qui similem, ast haud fidelem figuram ediderunt.

Indica ab Europæa Clupea distinguitur ex corpore ovali oblongo, ex pinnarum ventralium parvitate, ex postremo radio alæ dorsalis setoso atque perlongo, ex pinna anali extensa, et obtruncata, demum ab squamis latis in longas series (ut parallelorum est) distributis. Etsi hujus piscis pinnæ generiter parum distent ab illis quarumdam Clupearum congenerium, et præcipue Cyprinoidis, *et* Alosæ, *nihilominus a cæteris in prædictorum characterum complexu, atque etiam ex dissimili capitis nec non caudæ differt structura.*

In Ichthyolitho nostro plura temporis injuria Clupeæ specifica desunt signa. Primo nonnisi ægre postremus cernitur radius productus pinnæ dorsalis, qui forsan post obitum evanuit, aut animalis cadavere opertus delitescit. Eadem de causa minima remigii analis pars latet, et in pinnis ventralibus æque ac analibus nonnisi radiorum apparent vestigia. In piscis capite vix originalis agnoscitur adspectus ex oris structura, ex oculi situ, atque angustia, ex operculis branchialibus parvis, et angulatis.

Quamquam hoc in Ichthyolitho descripta adsint detrimenta, reliquiæ tamen squamarum, quæ supersunt; corporis forma, et artuum proportio; cauda bifida, et falciformis, nec non partium omnium cum figura Clupeæ Thrissæ Broussoneti congruentia satis confirmant, ejusdem speciei esse individuum in veteribus monumentis subversæ telluris asservatum.

Ortus, atque occasus pelagos inhabitat Clupea Thrissa, ibique pluribus in locis a naturæ exploratoribus fuit reper-

luoghi di quelle provincie dai viaggiatori Naturalisti. Blagden lo vide presso alla Carolina, Ellis nei mari della Giammaica, e Bancks alla China. Le sue spoglie fossili imbalsamate nella pietra di Vestena Veronese abbondano molto più di tant' altre che appartengono ai pesci delle acque vicine. Quella però che abbiamo illustrata è una delle più grandi, e meno corrotte fra le varie che adornano la pregevolissima Collezione di cui parliamo.

ta. Blagdenus prope Carolinam conspexit, Ellis in Giammaicæ salo, et Banckus apud Sinas. Fossiles ejus exuviæ lapideo succo imbutæ in Vestena Veronensium multo magis quam aliæ ad pisces finitimarum aquarum pertinentes abundant. E majoribus tamen, minusque corruptis illa est, quam illustravimus inter cæteras, quæ collectionem, de qua dissedimus, summopere existimandam exornant.

N. XLI.

LA CIPRINOIDE

CLUPEA CYPRINOIDES

TAV. XXV. FIG. 2.

C. abdomine obtuso; radio ultimo pinnæ dorsalis elongato. *Brouss.* Ichth. tab. 9.

Cyprinus argenteus squamis maximis peltatis; pinna dorsali appendice longissima suffulta. *Barrer*. Hist. Nat. de la Franc. equinox. pag. 172.

Camaripuguacu. *Marcgraw.* Brasil. pag. 179.

Ray. de Piscib. pag. 108.

Willougb. Ichth. p. 230. tab. P. 6. fig. 1.

Ruysch. Theatr. Anim. I. pag. 137. tab. 35. fig. 10. tab. 40. fig. 7.

Jonston. de Piscib. tab. 35. fig. 10. et tab. 40. fig. 7.

Deep-water fish, vel Pond King-fish. *Angli*.

Di questo pesce del genere delle Chieppie non si trova fatta menzione nelle opere dei Sistematici, per cui è d'uopo supporre che non fosse noto ai medesimi, o più verisimilmente che sia stato confuso per analogia di caratteri colla specie precedentemente illustrata. Il Sig. Broussonet fu il primo, come abbiamo anche accennato poc'anzi, che lo riconobbe per una specie particolare, e lo descrisse minutamente, citando le figure e notizie corrispondenti, che di esso si trovano negli scritti di Marcgrawio, Rajo, Willougbey, Jonston, Ruyschio, e Barrere, e pubblicandone insieme un'immagine più corretta, e meno distante dal suo originale. Noi abbiamo ricavato in gran parte da questo illustre Naturalista le cognizioni, che seguono.

Hujus piscis e genere Clupearum in Systematicorum operibus mentionem minime invenimus; ideoque concludendum est, ipsis ignotum fuisse; aut (ut magis verosimile est) ob attributorum similitudinem cum specie ante illustrata confusum fuisse. Prior Broussonetus, ut ante indicavimus, in peculiarem speciem secrevit, et minutim descripsit, figuras, et notiones ad rem ex scriptis Marcgraffii, Ray, Willougbeji, Jonstoni, Ruyschii et Barreris addendo; simulque correctiorem effigiem, minusque a veritate abhorrentem evulgavit. Ex illustri physiologo plurima ex parte quæ sequuntur cognitiones deprompsimus.

La Ciprinoide è una Chieppia molto somigliante alla Laccia indiana, ma di corporatura più angusta e bislunga, e col ventre meno affilato di quella, avendo inoltre da un'incisione più acuta divisi profondamente i due lobi della

Cyprinoides est Clupea valde Thrissæ indicæ similis, ast angusto, et oblongo corpore, nec non ventre minus stricto; cauda insuper in duos lobos acutiori sectione altius divisa. Facies quoque plures præsefert insignes differentias. Nam ca-

ſua coda. La fisonomia del volto ha parimenti molte differenze eſſenziali. Il ſuo capo è voluminoſo, largo, e allungato nella maſcella inferiore. Lo ſquarcio della bocca è grandiſſimo, e tali pur ſono le due orbite degli occhi ed il loro bulbo. La gola ha la proprietà di eſſere dilatabile a guiſa di gozzo. I coperchj branchiali conſtano di due plache bilaminate, che vanno a terminare in un'ampia apertura parabolica. Le pinne pettorali, e ventrali, e le due della caudale ſono lanceolate; l'anale, e dorſale falcate. Nelle pettorali ſi contano 15 raggi, 10 nelle ventrali, 17 nella dorſale, 25 nell'anale, e 30 nella caudale. Tutto il corpo di queſta Chieppia è coperto di ampliſſime ſquame peltate leggiermente aderenti alla cute, e che facilmente ſi ſtaccano dal luogo della loro inſerzione.

put voluminoſum, latum, et in inferiori mandibula porrectum. Hiatus oris maximus, itemque oculorum orbes, et globi. Guttur ad inſtar juguli ſingulari proprietate dilatatur. Opercula branchialia conſtant duabus valvis duplici lamina prædititis, quæ in amplam sciſſuram parabolicam deſinunt. Pectorales pinnæ, atque ventrales, duæque ſectiones caudalis exſtant lanceolatæ; analis vero, nec non dorſalis falcatæ. In pectoralibus quindecim numerantur radii, decem in ventralibus, decem ſeptem in dorſali, viginti quinque in anali, et triginta in caudali. Corpus totum latiſſimis ſquamis peltatis veſtitur, cuti leniter adhæſis, quæ facile divelli poſſunt.

Molti degli eſpoſti caratteri ſuſſiſtono tuttavia nell'archetipo che pubblichiamo, deſunto dagl'Ittioliti del Muſeo Gazoliano. Alcuni però che più potrebbero avvalorare il confronto colla naturale immagine della *Ciprinoide* ſono o modificati dalla petrificazione, o interamente ſmarriti. Anche in ſiffatta ſpoglia l'ultimo raggio lunghiſſimo della pinna dorſale è appena viſibile, e ſolo rimangono in queſta e nella pinna anale le vive traccie della loro falcata figura. La teſta è in gran parte logora e mal cuſtodita, ma pure tuttavia coll'impronto di un'ampia bocca ſocchiuſa, di un occhio voluminoſo, di una gola a veſcica, e di due plache oſſee bilaminate. Del rimanente l'aſpetto attuale della regione del ventre dimoſtra i ſenſibili cangiamenti che hanno alterato più o meno i contorni di una ſimile ſpoglia al momento della ſua metamorfoſi e incorruzione. Egli è perciò affatto inutile il trattenerſi a verificare in eſſa il numero preciſo dei raggi aſſegnati da Brouſſonet alle ſette pinne della Chieppia, alla quale ſi riferiſce.

Pleraque ex hiſce attributis hactenus in typo, quem ſubdimus, ex Muſæo Gazoliano Ichthyolithorum deſumpto exiſtunt. Nonnulla tamen, quæ comparationem cum naturali Cyprinoidis imagine confirmare poſſent, aut lapideſcentia sunt immutati, aut penitus interierunt. In hoc quoque ſpolio poſtremus pinnæ dorſalis radius perlongus vix cernitur; tantumque in hac, atque in anali pinna falciformis figuræ veſtigia expreſſa ſuperſunt. Eſt caput plurima ex parte corroſum læſumque, impreſſionem tamen ampli oris ſemi-aperti, oculi ingentis, gutturis jugulati, et duarum valvarum oſſearum cum duplici lamina conſervat. Cæterum præſens ventris ſtatus graves mutationes accuſat, quæ hujuſce ſpolii ambitum cum in lapidem incorruptum tranſiit labefactarunt. Ideoque ſupervacaneum omnino eſt in inveſtigando radiorum numero a Brouſſoneto Clupeæ, ad quam hoc ſpolium pertinet, attributorum diutius immorari.

L'abitazione ordinaria della *Ciprinoide* è nei fiumi dell'America meridionale al Braſile, e nelle acque dolci

Degit ut plurimum Cyprinoides in fluviis meridionalis Americæ, in Braſili, nec non in dulcibus ſtagnis Inſularum

e ſtagnanti delle Iſole del mar Pacifico. Alcuni Naturaliſti la videro parimenti nell' onde ſalſe della Giammaica; quando però non abbiano preſo la *Laccia Indiana* in iſcambio di queſta ſpecie. Eſſa non è molto copioſa tra gl' Ittioliti di Veſtena come la precedente; ma ſi poſſono facilmente dagl' imperiti confondere le ſpoglie dell' una con quelle che ſono proprie dell' altra.

Oceani Pacifici. Quidam ex phyſiologis eam in Giammaicæ ſalſis fluctibus deprehenderunt; ſi tamen iſtam cum Thriſſa minime confuderunt. Inter Ichthyolithos Veronenſes Veſtenæ non ita ut præcedens abundat; ab inexpertis tamen unius exuviæ cum exuviis alterius haud difficulter poſſunt permiſceri.

XLII.

IL FARFALLONE

CHAETODON PAPILIO

TAV. XXVI. FIG. I.

Ch. ſeptemfasciatus; pinna dorsali analique latiſſimis fuſco-maculatis; caudali rotundata integra.

Ch. roſtro obtuso, capite inermi, cauda rotundata; oſſiculis pinnarum dorſi, ani, et ventris anticis ſeptiformibus longiſſimis. *Gronov.* Zoophil. pag. 70 N.° 336.

Sea-Bat. *Willougb.* Ichth. pag. 217. Tab. O. 5. (figura ineſatta.

D. $\frac{5}{57}$ P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{43}$ C. $\frac{2-2}{17}$

La meraviglioſa conſervazione di queſto rariſſimo Ittiolito ci guida dopo molti rigoroſi confronti a riſcontrare in eſſo la ſpoglia di un Mollidente particolare analogo all' Acarauna di Willougbey, e diverſo da tutti quelli, ai quali ſomiglia nella forma del corpo, nel numero degli aculei dorſali, e nell' ampiezza delle ſue pinne.

Mira perrari iſtius Ichthyolithi conſervatio poſt diligentes comparationes peculiaris Chaetodontis patefacit ſpolium cum Acarauna Villougbey congruum, atque a cæteris diverſum, quibus forma corporis, aculeorum dorſalium numero, et pinnarum amplitudine aſſimilatur.

Sembra che l' illuſtre Linneo nella decima edizione del ſuo Siſtema della Natura abbia definito un tal peſce, ove accenna una ſpecie di Mollidente a due remigi ampliſſime, e quattro ſpine dorſali (1). Ma ricorrendo alle figure da lui citate ſi trova che mal corriſpondono a quella del Farfallone, e convengono in vece coll' altra della noſtra Tavola IV, che abbiamo precedentemente illuſtrata. Il Mollidente a cinque archi neri di Seba (2), deſcritto dai ſiſtematici fra le varietà dell' *arcato* (3), meglio confronterebbe col noſtro nei caratteri della forma, ſe non disconveniſſe altrettanto nel numero delle faſcie, degli aculei dorſali, e dei rag-

Videtur illuſtris Linnæus in decima editione Syſtematis Naturæ hunc piſcem definiiſſe, ubi quemdam Chaetodontem duobus peramplis remigiis, et quatuor ſpinis dorſalibus indigitat. Chaetodon quinque arcubus nigris Sebæ a ſyſtematicis inter varietates Arcuati *deſcriptus melius ex formæ characteribus cum noſtro congrueret; ni æque faſciarum, aculeorum dorſalium, et radiorum in pinnis numero differret. Propius ad piſcem noſtrum* Teyra *et* Veſpertilio *Blochi accedunt, in quibus eadem corporis ac membrorum conformatio, idem numerus et ordo ſpinarum analium et dorſalium apparent. At in iſtis quoque (ut videbimus) eſſentiales diſcrepantiæ cernuntur*

(1) Chaetodon spinis dorſalibus 4; pinna dorſali, analique longiſſima l. c. gen 140. N.° 4.

(2) Muſ. 3. tab. 25. fig. 5. a.

(3) Chaetodon fuscus arcubus 5 nigris. *Linn.* Muſ. Friderici Adolph. tom. I. pag. 61. tab. 33. fig. 5.

gi delle diverſe pinne. Più d'appreſſo ſi accoſtano alla rappreſentazione del noſtro peſce il *Teira*, e il *Veſpertilione* di Bloch (1), nei quali appariſce la ſteſſa configurazione di corpo e di membra, e il medeſimo numero ed ordine di ſpine anali, e dorſali. Ma in queſti pure ſi ſcorgono, come vedremo, delle differenze eſſenziali principalmente rapporto alla ſtruttura della bocca, e alla minor quantità, e maggiore elevatezza dei raggi delle due pinne alate, eſſendo eſſi inoltre o affatto privi di faſcie nel loro corpo, o con tre ſole diſpoſte in tutt'altra guiſa.

præcipue quoad oris ſtructuram, nec non quoad minorem quantitatem, majoremque pinnarum alæ forma prominentiam; cum inſuper hi aut omnino faſciis careant, vel tres tantum habeant aliter diſpoſitas.

Non ſiamo neppure abbaſtanza certi che il noſtro Ittiolito ſia lo ſcheletro di quel peſce, che con caratteri analoghi al *Mollidente alato* (N. II.) fu da Gronovio deſcritto nel luogo da noi citato. E appena poſſiamo addurre con minore incertezza ch'eſſo appartenga al *Sea-bat* degl'Indiani ſoſpettato da Bloch il *Teyra* degli Arabi, e l'*Acarauna* da Willougbey, che ſolo ci diede nelle ſue opere un'imperfetta e rozza figura di queſto peſce.

Nec ſatis certi eſſe poſſumus an noſter Ichthyolithus ſit illius piſcis sceleton, quem attributis ad Chaetodontem alatum *congruis (N. II.) citato a nobis loco Gronovius descripſit. Vixque minori cum dubietate poſſumus adferre ad* Seabat *Indorum pertinere, quem eſſe* Teyra *Arabum ſuſpicatur Blochus, et* Acarauna *Villougbey, qui ſolus ſuis in operibus imperfectam, et rudem edidit hujusce piſcis picturam.*

Diſtingueſi il Farfallone da tutte le altre ſpecie di Mollidenti alle 7 faſcie, che cingono il di lui corpo romboidale, l'una in vicinanza degli occhi, cinque ai due lati del tronco, e l'ultima preſſo alla coda. Oltre a ciò le ſue pinne maggiori ſono punteggiate frequentemente di macchie oſcure ed ocelliformi a ſomiglianza delle ali dei Papilioni; per cui, inerendo anche alla forma eſteriore, lo abbiamo contraddiſtinto col nome nuovo, e caratteriſtico di Farfallone.

Ab univerſis Chætodontium ſpeciebus Papilionem diſcriminant ſeptem, quibus rhomboidale corpus redimitur, cinguli; unus prope oculos, quinque utrinque ad thoracis latera, pone caudam poſtremus. Majores pinnæ præterea punctim crebris maculis, pullis, et ocelliformibus Papilionum ad inſtar umbrantur; ex quo etiam ob extrinsecum corporis modum novum et ſingulare Papilionis nomen indidimus.

La teſta del Farfallone è breve, ed ottuſa; gli occhi mediocri; e le mandibole diſuguali, ſopravanzandoſi dall' inferiore la ſuperiore a roveſcio di quanto oſſervaſi nei Mollidenti *Veſpertilione*, e *Teyra*, ai quali eſternamente ſomiglia. Il corpo di queſto peſce aſſai più largo che lungo è quaſi rotondo, benchè ſegnato nella circonferenza da quattro angoli ottuſi che lo rendono di figura romboidale: eſſo è tutto coperto di minutiſſime ſquame, che pel loro diſſeccamento ſono inviſibili ad

Ejus caput breve, et obtuſum; non magni oculi; mandibulæ inæquales, cum ſuperiorem prætergrediatur inferior; e contra quod in Chætodonte Veſpertilione ac Teyra conſpicitur, quos extrinſecus imitatur. Longitudinem excedit latitudo corporis, quod ferme rotundum eſt; etſi quatuor obtuſis angulis in circuitu diſtinguatur, quibus ad rhombi figuram accedit. Squamis integitur minutiſſimis undequaque, quæ ob exſiccationem nudis oculis conſpicuæ non ſunt. Pinnam dorſalem ſublimem quinque majo-

(1) Ichth. VI. Planch. CXCIX. fig. 1. 2.

occhio nudo. Precedono la pinna dorſale altiſſima 5 ſpine gradatamente maggiori, l'ultima delle quali è bifida nella ſommità a guiſa dei 57 raggi aſſai più eminenti che vi ſuccedono. Le pinne pettorali troncate per accidente negli apici hanno la ſteſſa forma di quelle dei Mollidenti citati, e coll'ajuto delle lenti manifeſtano 17 raggi per ciaſcheduna. Nelle ventrali, che ſono inſerite verſo la gola come quelle dell'*Acarauna* di Willougbey, ſi contano 6 lunghi raggi che vanno a perderſi ripiegati ſotto il corpo di queſta ſpoglia. La pinna anale infranta ancor eſſa come le pettorali porta ſeco viſibili i tronchi di 3 ſpine anteriori, e di 43 raggi conſecutivi. La coda è intera, e ſemicircolare, ſcorgendoſi in eſſa 15 raggi bifidi, oltre ad uno ſpinoſo per ogni lato. Non ſi può ſulle tracce del noſtro archetipo definire la forma preciſa delle due pinne grandi dorſale, ed anale, che ſono parte per metà celate dentro alla pietra, e parte per negligenza degli eſcavatori perdute. Si conoſce nondimeno da quanto rimane, che l'altezza di queſte pinne è conſiderabile, e forſe in proporzione della ſtatura del corpo, maggiore eziandio di quella d'ogn'altro peſce congenere, e di ſomigliante conformazione.

Se veramente dobbiamo nel peſce ſin qui eſaminato riconoſcere un'antichiſſima ſpoglia dell'*Acarauna* di Willougbey, queſta, che da noi chiamaſi Farfallone, è abitatrice dei mari d'Aſia e d'Egitto, come tant'altre che ſonoſi più ſopra deſcritte. Rieſce quindi ſorprendente ai contemplatori della Natura la ſua finora unica apparizione fra gl'Ittioliti di Veſtena Veroneſe, riflettendo alla ſomma diſtanza del luogo originario di queſto peſce da quello ove giacque ſepolto, e a quanto tuttavia conſerva in ſe ſteſſo de'ſuoi primi lineamenti tanti ſecoli dopo l'eſiſtenza del monte, da cui venne diſſotterrato.

res præcedunt quadratæ; quarum poſtrema eſt bidens in apice ad inſtar LVII *radiorum, qui ſubſequuntur, magis prominentium. Pinnæ pectorales forte in apicibus decurtatæ eamdem, quam in præpoſitis Chætodontibus, habent formam, et perſpicillorum ope unamquamque* XVII *radiis pollere discernitur. In pectoralibus, quæ juxta guttur, tamquam in Acarauna Willougbey, ſunt inſertæ,* VI *longi numerantur radii, qui ſubter corpus hujuſce ſpolii deliteſcentes evaneſcunt. Analis ſpina, fracta ut eæ quæ ab pectore prominent, conſpicua* III *pinnarum priorum, ac* XLIII *ſubſequentium radiorum exhibet fragmenta. Integra eſt cauda et falcis modo incurveſcit XV bidentibus radiis præter unum undequaque ſpinoſum. Certa majorum pinnarum tum ani cum dorſi forma ſuper archetypi noſtri collatione nequit definiri, cum per dimidium aliæ in lapide deliteſcant, aliæ foſſorum incuria evanuerint. E reliquiis tamen conſpicitur, harum pinnarum altitudinem inſignem eſſe, et forſan (ratione habita ad corporis modum) quam in quovis alio piſce ejuſdem generis ac conformationis etiam majorem.*

Si fatendum eſt, piſcem, quem deſcripſimus, vetuſtiſſimam eſſe Acaraunæ Willougbey exuviam, huic, quæ a nobis Papilio nuncupatur, Aſiæ, atque Ægypti freta ceſſerunt inhabitanda non ſecus ac aliis, de quibus fuſe ſupra diſſeruimus. Mirum hinc Naturæ ſtudioſis videtur, hunc unum hactenus inter Veſtenæ Ichthyolithos apparuiſſe, cum memoria verſantur nativa ejus loca tanto diſterminata intervallo ab alpibus, ubi lapideus occubuit, nec non prima lineamenta adeo illæſa tanto temporis ævo poſteaquam increbuerunt tumuli, e quibus incorruptum cadaver emerſit.

XLIII.

IL PESCE TALPA

CHAETODON CANESCENS

TAV. XXVI. FIG. 2.

Ch. cauda bifida, spinis dorsalibus 2, radio tertio longissimo, ore bidentato. *Linn.* S. N. XIII. pag. 460. N.° 1

Ch. canescens aculeo utrinque ad os, ossiculo tertio pinnæ dorsalis setiformi longissimo. *Arted.* Ichth. spec. 93.

Chaetodon canus. *Seba* Thesaur. III. tab. XXV. fig. 7.

Alburnus amboinensis. *Ruysch.* Amboin. pag. 20. tab. X. fig. 20.

I caratteri di un tal Mollidente dei mari dell'Indie si desumono dalla sua figura romboidale bislunga, dal rostro tubuloso ed aculeato, dal numero e forma dei raggi delle sette sue pinne, dai due pungiglioni dorsali, dal terzo raggio lunghissimo che vi succede, e dalla coda intera nel mezzo, e prolungata ai due lati in sembianza di coda bifida. Nella pinna dorsale del pesce *Talpa* si contano 46 ossicelli comprese le due spine anteriori; il primo raggio di questa, denominato da Artedio il terzo ossicello, è notabilmente più esteso di tutti gli altri. Le pinne pettorali sono composte di 17 raggi, le ventrali di 6 brevi e robusti, l'anale di 34, e la caudale di 16.

Nel nostro Ittiolito, scoperto ultimamente tra i pesci fossili del Veronese, molti degli esposti caratteri sono tuttora riconoscibili, mentre il disseccamento di tutto lo scheletro, e la spaccatura del sasso che lo rinchiude, altri ne ha cancellati, o interamente perduti. Scorgesi in esso primieramente la struttura tubulosa del rostro, quantunque in gran parte contratto; e ai lati di questo l'aculeo dall'Artedio descritto. Vedesi la figura romboidale del corpo rimasto schiacciato dentro alla pietra, il quale perfettamente nelle dimensioni e nell'abito esterno confronta coll'originale di Seba. La pinna dorsale è la stessa che quella dipintaci dagl'Ittiologi nel pesce Talpa, a riserva che il terzo raggio, o primo di questa pinna non conservò incorrotta dal tempo la sua naturale lunghezza. Del rimanente in tal pinna scorgonsi

Istius Chætodontis Indica freta incolentis attributa designat rhomboidalis figura, rostrum tubulosum, atque aculeatum, numerus, conformatioque radiorum in pinnis, duo dorsi aculei, tertius radius, qui subsequitur longissimus, nec non cauda in medio integra, ad latera autem more bidentis producta. In Chætodonte canescente dorsi pinnæ nec non duas spinas anticas XLVI officula fulciuntur; primus istius radius (tertium ossiculum Artedio) præ cæteris dilatatur. Pectoris pinnis XVII radii, alvi VI breves, robustique, ani XXXIV, caudæ autem XVI attribuuntur.

Harum notarum plures adhuc inspicere est in Ichthyolitho inter fossiles pisces Veronensium nuper detecto. Nam artuum exsiccatio, scissusque lapis involvens reliquos detrivit, penitusque delevit. Non latet tubulosi rostri configuratio, etsi admodum contracti, adque rostri latera aculeus ab Artedio depromptus. Conspicuum insuper est corpus in rhombi speciem expressum, ab ambiente lapide illisum, et quoad mensuram, ac externum habitum cum Sebæ originali congruens. Dorsi pinna eadem ac in Chætodonte canescente descripserunt Ichthyologi; nisi quod vel tertius, vel primus radius temporis injuria minus quam fert natura est productus. Cæterum superstites XLIV adhuc cernuntur radii, qui duabus cum anticis spinis numerum complent ossiculorum, quæ in ipso Systematici deprehenderunt. Eadem radiorum congruentia eminet in alvi pinnis, caudæque;

tuttavia 44 raggi ſuperſtiti, che colle due ſpine anteriori danno il numero degli oſſicelli ad eſſa attribuiti dai ſiſtematici. La medeſima preciſione di raggi ritrovaſi nelle pinne ventrali, e nella caudale, quantunque queſta per eſſere mutilata alle due eſtremità laterali non compariſca bifida. La pinna anale ſimile nella forma a quella della ſpecie in quiſtione non preſenta che 28 raggi in luogo di 36, oſſervandoſi quaſi cancellati i tre primi ſpinoſi, e ripiegati gli ultimi piccoliſſimi ſotto l'angolo della coda. Naſcoſte ſono parimenti le pettorali ſotto l'invoglio di queſto ſcheletro, che diviſo in due tavolette d'incontro offre alla viſta non l'eſteriore, ma l'interno longitudinale ſpaccato del peſce Talpa.

Ruyſchio nella nuova collezione dei Peſci dell'Amboina deſcriſſe brevemente alcune ſpecie di Mollidenti col nome di Alburni, che ſembrano avvicinarſi alle note caratteriſtiche del noſtro eſemplare, maſſimamente il propoſto al numero 20 della Tav. X. in principio citata. Ma il Mollidente bianco delineato da Seba ha tale analogia col noſtro, che l'uno può ſervire all'altro d'illuſtrazione, e di ſupplemento, nè v'ha luogo a temere di sbaglio nel giudicare entrambi ſpettanti alla ſteſſa ſpecie che *Talpa* è da noi chiamata, e *Mollidente biancaſtro* dalla comune dei ſiſtematici.

quamquam hæc in apicibus decurtata bidens minime appareat. In illa ani, forma haud diſſimili ab illa ſpeciei, de qua agitur, XXVIII tantum radii inviſuntur; cum ſint XXXVI eo quod tres primi ſpinoſi ſunt deleti; extremi autem admodum parvi revoluti lateant ſub cauda. Sterni pariter deliteſcunt pinnæ ſub tegmine ſceleti, quod in duas tabellulas diſſectum non exterius, ſed intrinſecus tantum oculis patet dimidiatum.

In recenti piſcium Amboinæ collectione nonnullas ſpecies Chætodontium Alburnorum *nomine deſcripſit Ruyſchius, qui ad attributa ſpecifica typi noſtri N.° 20 Tab. X initio citatæ propius videntur accedere. Sed Chætodon albus ab Seba delineatus ita cum noſtro congruit, ut unus alterum illuſtrare, atque ſupplere poſſit. Neque error metuendus eſt in judicio, ſi ambos ad eamdem ſpeciem, quæ* Chætodon caneſcens *a nobis*, albeſcens *autem a Syſtematicorum vulgo adpellatur, pertinere cenſeamus.*

N. XLIV.

IL TONNO

SCOMBER THYNNUS

TAV. XXVII.

S. omnium maximus, fusiformis, cauda exacte armata, pinnulis utrinque VIII. *Linn.* S. N. XIII. pag. 493. N.° 3.

S. pinnulis 8 seu 9 in extremo dorfo, fulcò ad pinnas ventrales. *Arted.* Ichth. Gen. 31. Syn. 49.

S. linea laterali lævi, superius incurvata. *Bloch.* Ichth. II. pag. 87. Pl. LV.

S. pinnulis supra infraque octo, corpore plumbeo. *Brünn.* Pifc. maffil. pag. 70. N.° 36.

Guarapucu. *Marcgraw.* Brafil. pag. 178.

Orcynus. *Rondelet* de pifcib. lib. VIII. pag. 249.

Thynnus. *Willougb.* Ichth. tab. M. 1. fig. 3.

Il Tonno. *Cetti* Stor. della Sard. tom. 3. pag. 141. tav. I.

Marlpriem Slier of Sor. *Renard*. Poifs. tom. I. fol. 10. fig. 64.

Non vi è pefce del genere degli Scombri più conofciuto del Tonno. Ciò non oftante i Naturalifti lo hanno molte volte confufo ora col Corcovado, ed ora col Maccarello, ed il Palamida, ingannati dall' incerto carattere delle pinne fpurie, che come nei precedenti efiftono in vicinanza della fua coda. Il Sig. Bloch avverte opportunamente (1), che il numero di quefte pinne è incoftante in fiffatta fpecie, avendone il P. Plumier rifcontrate da fei in fette foltanto, laddove Artedio, Bellonio, e Lefler ne videro nove, dieci Klein, e Cetti, e undici nella regione dorfale M. Pennant. Sono dunque poco precife le note caratteriftiche di Linneo, che fi riferifcono al Tonno; e fembra più conveniente il defumerle dalla fua gigantefca ftatura, e dalla forma particolare del corpo e della fua coda, di quello che dal numero delle falfe fue pinne.

In Scombrorum genere nullus notior Thynno. Attamen Naturæ ftudiofi pluries illum modo cum Scombro Cordyla, *modo cum Scombro* Àlatunga, *atque* Pelamo *permifcuerunt incerto pinnarum fpuriarum attributo decepti, quas (ut priores) caudæ habet proximas. Opportune advertit Blokius, pinnarum numerum in hac specie incertum effe, cum P. Plumerius fex, vel feptem tantummodo invenerit; Artedius autem, Bellonius, et Leflerus compererint novem; decem Kleinius atque Cettius; undecim autem in dorfo Pennantius. Non admodum igitur exactæ habentur notæ, quas Linnæus Thynno attribuit; videturque aptius eas ex proceritate ingenti, atque præcipua corporis, caudæque forma, quam ex fpuriarum pinnarum numero defumere.*

Il Tonno è fra tutti gli Scombri il più grande. Le due eftremità del fuo turgido corpo fono attenuate a maniera di fufo; e la tefta fi produce in due mandibole aguzze armate di piccoli acuti denti, e di cui l' inferiore fopravanza alcun poco la fuperiore. Egli ha due pinne ful dorfo, la prima delle quali è compofta di 15 aculei gradatamente minori, e la feconda di 12 raggi, ai quali fuccedono fette ad undici picciole falfe pinne. Le ventrali pofte al torace hanno 7 raggi

Eft Thynnus inter Scombros maximus. Turgidi corporis extrema ad inftar fufi attenuantur; caput duabus acuminatis maxillis producitur, acuto dentium fepto armatis, quarum inferior parumper fuperiorem excedit. Duas habet in dorfo pinnas, quarum prima XV conftat aculeis gradatim decrefcentibus, fecunda autem XII radiis, quibus modo VII, modo XI falfæ pinnulæ accedunt. Quælibet ex alvi pinnis thoraci fuppofitis VII habet radios; XXII pinnæ pectoris omnium maximæ; analis

(1) Ichth. P. II. pag. 96.

per ciaſcheduna, le pettorali maggiori di tutte ne contengono 22, l'anale alterna colla ſeconda dorſale 12, con otto pinne ſpurie conſecutive, e la caudale 21. Eſteſiſſime ſono e lanceolate le pinne pettorali di queſto peſce, all'oppoſto delle ventrali, dell'anale e della ſeconda dorſale, che ſi diſtinguono per la relativa lor picciolezza da quelle degli altri Scombri. La coda parimenti diſtendeſi in due ampj ſegmenti acutiſſimi, ed è tagliata eſattamente a guiſa di arco in figura di mezza luna. Tutto il corpo del Tonno è coperto di minutiſſime, e folte ſquame, velate da una membrana comune, le quali da lui non ſi ſtaccano che difficilmente e per mezzo della ſua eſſiccazione o cottura.

alterna cum ſecunda dorſali XII cum VIII pinnis ſubſequentibus, et XXI caudalis. Latiſſimæ vero, et lanceolatæ ſunt pectoris pinnæ, et e contra ſe habent ac illæ alvi, ani, et dorſi ſecunda; quæ exiguitate a pinnis aliorum Scombrorum diſtinguuntur. Cauda pariter in duo ampla ſegmenta et peracuta ad inſtar arcus, vel lunæ deficientis dilatatur. Univerſum corpus crebris veſtitur ſquamis ac perminutis, communi membrana velatis, quæ ægre, et nonniſi ſub torrido ſole, aut in ferventi aheno defluunt.

Il guaſto ſofferto dal noſtro Tonno di Veſtena Veroneſe avanti di rimanere conſolidato nei ſedimenri marini non dà luogo a poter riſcontrare in eſſo tutte le note caratteriſtiche poc'anzi avvertite; e principalmente quelle delle remigi pettorali, e dorſali, e delle falſe pinne alla coda, che ſono in queſto ſcheletro parte cancellate, e parte perdute. A ciò ſuppliſcono altri eſemplari più conſervati del medeſimo Ittiolito, che ſi cuſtodiſcono nella Raccolta di Caſa Buri per illuſtrazione maggiore dell'archetipo inſigne ſpettante al Muſeo Gazoliano. In quelli non ſolo eſiſte la faccia eſteriore del Tonno, ma ſi contano parimenti tutte le pinne ſpurie, ed appariſcono più deciſamente i lineamenti nativi delle pettorali, e delle dorſali.

Ob detrimenta, quæ hic Thynnus in Veronenſium Veſtena effoſſus paſſus eſt ante quam in montium alvo lapideſceret, aquatilium Thynnorum haud omnes in ipſo inveneris principes notas; præſertim remigiorum pectoris, dorſi, et pinnularum ad caudam, quæ partim deleta ſunt; partim penitus interierunt. Quod aliis in exemplaribus minus labefactatis videre eſt, quæ in Lithotheca Buriana proſtant, et quibus inſigne hoc Gazolianum ſpolium magis magiſque illuſtratur. In Burianis non modo extima Thynni facies inviſitur, aſt etiam omnes ſpuriæ pinnæ numerantur, magiſque expreſſa illarum dorſi ac pectoris lineamenta pateſiunt.

Eſaminando però attentamente il grandioſo noſtro eſemplare non è difficile di ſcoprire tuttavia in eſſo i caratteri principali del Tonno, che conſiſtono ſecondo noi nell'eſſere il più grande e voluminoſo di tutti gli Scombri, e nell'avere il corpo fuſiforme, e la coda eſattamente lunata. Se poi ſi confrontino colla naturale immagine di queſto peſce la forma del capo, e del roſtro, la picciolezza e figura delle pinne ventrali reſidue, e dell'anale e ſeconda dorſale, il numero, e la qualità delle ſquame, che veſtono il noſtro ſcheletro foſſile, ſem-

In inſigni noſtro archetypo haud difficulter attento examine principes Thynni internoſcuntur notæ; ſcilicet maxima inter univerſos Scombros proceritas, corpus fuſiforme, et cauda lunæ deficienti ſimillima. Si vero forma capitis, et roſtri; parvitas, et conformatio reliquarum alvi pinnarum, ac pinnæ ad anum, et ſecundæ in dorſo; quantitas et conſtitutio ſquamarum huic lapideo cadaveri adhærentium cum viventis Thynni imagine comparentur; magis magisque pro rato habebimus, veterem eſſe Thynni ingentis exuvium, in quo temporis inju-

pre più si conferma esser egli l'antica spoglia di un Tonno di non volgare grandezza, a cui mancano per le ingiurie del tempo le pinne spurie, le pettorali, ed una gran parte non meno delle dorsali.

ria pinnæ spuriæ, pinnæ pectoris, et partim dorsi evanuerunt.

Di questo voracissimo pesce abitatore di tutti i mari, e delle isole del Mediterraneo in particolare, molti, e differenti esemplari furono dissotterrati finora dalla Lastrara, che prima delle nostre ricerche (1) erano sconosciuti agli esatti raccoglitori di simili curiosità naturali. Si distinguono sopra tutto in questo genere le Collezioni del Marchese Canossa, e quella poc' anzi accennata del Conte Buri, nelle quali esistono dei Tonni fossili d' insigne grandezza, spettanti allo stesso monte, e marcati peranche del distintivo delle piccole pinne spurie, che mancano per accidente nell' esemplare da noi prodotto. Non è che per mezzo del confronto di varj Ittioliti fra loro, che molte volte si giugne a rilevare in una spoglia corrotta, o in gran parte alterata gl' indizj caratteristici della vera sua specie.

Edacissimi istius piscis omnia freta et præsertim insulas, quæ mediterraneo salo alluuntur, incolentis plura, et diversa hactenus e Lastrara *deprompta sunt exemplaria, quæ nostras ante explorationes apud rerum naturæ singularium investigatores minime innotescebant. In Canossium, et Buriorum (ut diximus) Collectionibus eximiæ proceritatis Thynni fossiles asservantur, eodem ex monte defossi, in quibus ea videre est, quæ in nostro desiderantur. Nam si plures Ichthyolithi inter se comparentur; tum certe cujusdam spolii forte temporis lapsu imminuti, atque immutati veram speciem poterimus dignoscere.*

N. XLV.

IL CORCOVADO

SCOMBER CORDYLA

TAV. XXVIII.

S. pinnulis X., linea laterali loricata. *Linn.* S. N. XIII. pag. 493. N.° 4.

S. compressus latus, linea laterali curva lævi, prope caudam recta loricata. *Gronov.* Zooph. pag. 307.

Guara-tereba. *Marcgraw.* Brasil. pag. 172.

Ruysch. Th. Anim. I. pag. 136. tab. 35. fig. 4.

Jonston de Piscib. pag. 194. tab. 35. fig. 4.

Trachurus brasiliensis. *Ray* de. Piscib. pag. 93.

Willougb. Ichth. tab. S. 18. fig. 1.

Perca aspera. *Seba* Thes. III. tab. 27. fig. 3.

Salkoutoec. *Renard* Pois. Fol. 6. fig. 43.

Congiungendo insieme i caratteri sistematici, coi quali Gronovio e Linneo ci rappresentano il Corcovado, risulta esser egli uno Scombro ovale di corpo largo e compresso con sette aculei dorsali seguiti da una pinna vera di 9 raggi, e 10 spurie in forma di ossicelli ramificati, che si stendono in serie fino all' angolo della coda. Le

Ex attributis, quæ Gronovius Linnæusque *e systemate Cordylæ adsignarunt, liquet Scombrum esse ovalem, corpore lato, et compresso, septem aculeis in dorso quos subsequitur pinna* IX *radiis, nec non* X *spuriæ, ossiculorum divisorum more, qui per seriem ad caudam usque protenduntur. Eadem in Cordyla Vestenæ effosso inspiciuntur, si at-*

(1) Degl' impietrimenti del Territorio Veronese ec. Lettera al Sig. Vincenzo Bozza 1789.

ſteſſe note ſi rilevano parimenti nel Corcovado di Veſtena, eſaminato che venga diligentemente nelle ſue parti. Fa d'uopo ſoltanto avvertire, che queſto ſcheletro foſſile, avendo ſofferto delle preſſioni prima di diſſeccarſi, ed eſſendo per corruzione rimaſto ſcarnificato, compariſce neceſſariamente più bislungo e men largo dell'immagine naturale, oltre all'avere le due prime ſpine dorſali trasferite vicino alla nuca, e sfigurate le piccole falſe pinne a foggia di ramoſcelli, che ſuccedono alla ſeconda dorſale, e all'anale.

Marcgravio, dal quale abbiamo deſunto il nome volgare di Corcovado poſto a ſiffatta ſpecie di Scombro, fu il primo a deſcrivere con qualche dettaglio, e a rendere pubblica la figura di queſto peſce, ſeguito in ciò da Ruyſchio, Willougbey, e Jonſton, i quali non altro fecero che ricopiare fedelmente il di lui archetipo, e quanto egli adduſſe per illuſtrarlo. Si raccoglie pertanto dal predetto Naturaliſta, che il Corcovado, chiamato *Guara tereba* dagli Americani, è un peſce largo di mezzana grandezza, col capo liſcio ed ottuſo, e piccola bocca guernita di denti minutiſſimi, e preſſochè impercettibili; ch' egli ha due pinne bislunghe alle branchie rappreſentanti le pettorali, due corte approſſimate al torace in luogo delle ventrali, una triangolare all'ano preceduta da due corte ſpine, e che ſi produce ſempre più ſtretta ſino alla coda; e due dorſali diſtinte, la prima delle quali triangolare e ſpinoſa, e la ſeconda ſomigliante all' anale. Riferiſce inoltre che la ſua coda ſi ſtende in due lunghe corna, che danno ad eſſa il carattere di coda biforca. Egli non indicò egualmente il numero dei raggi che compongono ſiffatte pinne; ma ſi poſſono però riſcontrare in Gronovio (1) da Linneo ſteſſo citato.

La deſcrizione premeſſa concorda, come ognun vede, per tal maniera coll'Ittiolito da noi propoſto, che quaſi sembra eſpreſſamente fatta per illuſtrarlo. E lo ſteſſo è riguardo agli ulteriori caratteri del Gronovio, il qua-

(1) Act. Upsal. 1750. pag. 36.

tente expenderimus. Animadvertendum ſolummodo eſt, hunc noſtrum cum pondere ſupraincumbenti antequam exſiccaretur compreſſus fuerit, cumque ſanie artus intabuerint, naturali typo longiorem, anguſtioremque videri. In dorſo inſuper duæ priores pinnæ in viciniam occipitis tranſierunt, et deformatæ ſuperſunt parvæ falſæ pinnæ in ramorum formam, quæ ſecundæ in dorſo, atque ano ſuccedunt.

Marcgraffius, ex quo vulgare nomen Cordylæ *deſumpſimus, prior hunc piſcem minutim deſcripſit, picturamque evulgavit. Ruyſchius, Willougbeyus, et Jonſtonus tum exemplar, cum illuſtrationes diligenter ab ipſo tranſcripſerunt. Ab ipſo igitur habemus,* Cordylam *(quem* Guara-tereba *nuncupantur Americani) nec magnum eſſe, nec parvum, capite lævi, ac ſimo, rictu anguſto, dentibus minutiſſimis ſepto ac ferme oculorum aciem fugientibus; duabus pinnis oblongis ad branchias inſtructum, et pectoralium vicem fungentibus; duabus brevibus in thoracis proximitatem ventralium loco; una ad anum trigona, quam duæ breves ſpinæ præcedunt, quæque ad caudam uſque magis magisque coarctatur; duabus demum in dorſo pinnis, quarum prior trigona et ſpinis denſa, ſecunda autem anali ſimillima. Animadvertit inſuper Marcgraffius, caudam in duo longa cornua produci, bidentemque referre. Radiorum numerum in pinnis omiſit; ſed in Gronovio videre eſt, quem Linnæus ipſe commemorat.*

Perſpicuum eſt, hanc deſcriptionem ita cum Ichthyolitho a nobis exhibito congruere, ut ob illius illuſtrationem conſulto cuſa eſſe videatur. Idem dicendum de reliquis attributis a Gronovio adſertis; qui pinnis pectoris XVI

le assegnò alle pinne pettorali di questo pesce 16 raggi, alle ventrali 6, alla dorsale prima 7, alla seconda 9, all'anale 2, 14, e alla caudale 20. Le variazioni portate in siffatta spoglia dagli accidenti, ai quali soggiacque, oltre alle avvertite più sopra consistono primo nello sfacello del capo, ove non si può più discernere la nativa struttura della sua bocca; 2.° nell' abrasione degl' integumenti del corpo, per cui sparirono in compagnia delle squame le pinne situate alle branchie, e la linea loricata ed incurva caratteristica di tal pesce; 3.° nella coda mutilata ai due apici, e quindi non tanto estesa e profondamente bifida, come osservasi nella figura di Marcgravio, e in quella ancora più precisa di Alberto Seba. Del rimanente a fronte di simili cambiamenti tutto indica nell'attenta ispezione di questo scheletro l'esistenza nel Regno fossile di un' antichissima spoglia del Corcovado abitatore dei mari d'America nel Brasile, dai quali venne con tanti altri pesci di lontane regioni, che misti a quelli d'Europa rimasero estinti, e petrificati nei nostri monti.

radios, ventris VI, priori in dorso VII, posteriori IX, in ano II et XIV, in cauda autem XX adsignavit. Immutationes, quibus (præter jam descriptas) ob lapidescentiam fuit obnoxius, sunt 1.° capitis intabescentia, ob quam rictus forma evanuit; 2.° tegminum imminutio, atque abscissio e corpore, ob quam simul cum squamis pinnæ etiam ad branchias sitæ, ac linea loricata et incurva, præcipuum hujus piscis insigne, perierunt; 3.° cauda in apicibus decurtata, ideoque non ita dilatata ac biceps, ut in pictura Marcgraffii, *ac diligentiori* Sebae *est videre. Cæterum, hisce immutionibus etiam attentis, postquam incorruptum hocce cadaver diligenter inspexerimus, omnia coarguunt, in regno fossili vetustissimum extare* Cordylæ *spolium, qui in Brasilianis, Americanisque fretis gignitur; e quibus cum aliis piscibus longinquarum regionum migravit, qui simul cum Europæ aquatilibus nostris in alpibus extincti, ac in lapidem sunt versi.*

N. XLVI.

IL MACARELLO BRITANNICO

SCOMBER ALATUNGA

TAV. XXIX FIG. I.

S. pinnis pectoralibus longissimis, pinnulis caudæ utrinque septem. *Gmelin* S. N. *Linn.* I. pag. 1330. N.° 14.

Coorza Pisonis. *Willougb.* Ichth. tab. M. 5. fig. 2.
Mackrel. Zool. britan. tom. III. pag. 232. Pl. 51. fig. 1.

Gl' Ittiologi posero indistintamente il nome di Macarello al Palamida, e allo Sgombro, due pesci congeneri col britannico, e che si congiungono ad esso coi più stretti rapporti di analogia. L'illustre Linneo non diede alcun cenno del nostro pesce, o forse lo comprese per la sua somiglianza nel numero dei piccoli Tonni. Ma il Ch. Cetti dopo averlo frequentemente osservato nel mare Mediterraneo ne fece una specie a parte, la quale corrisponde nell' essenziale al Macarello cinto

Promiscue Ichthyologi Pelamum æque ac Scombrum, pisces cum Alatunga summopere affines, eodem nomine nuncuparunt. Hujus Linnæus ne mentionem quidem fecit, aut fortasse ob similitudinem cum parvis Thynnis adnumeravit. Cettius *vero, cum sæpius in freto, quod ad meridiem Europam alluit, illum considerasset, in distinctam speciem secrevit, quæ (quoad substantiam) cum Alatunga congruit albis cingulis redimito, quem Brasili in America ad meridiem Piso conspexit; nec non cum*

di fascie bianche, veduto da Pisone nell' America Meridionale al Brasile, e a quello che fu descritto nella Zoologia britannica di Pennant, riportato anche da Willougbey nella sua.

Il corpo del Macarello britannico è fusiforme come quello del Tonno, ma meno attenuato dalla parte del rostro, e più largo da quella del tronco. Esso propriamente conviene nelle dimensioni e nella statura col Palamida, dal quale è diverso soltanto nella grossezza, e nei differenti contorni della sua forma. La parte inferiore del tronco, notabilmente ristretta verso la coda, è guernita alla linea del dorso e dell' ano di appendici rotonde in figura di false pinne, delle quali sette se ne contano in ogni lato. La testa di questo pesce è voluminosa, con occhi in proporzione più grandi di quelli del Tonno, mascelle più corte, ed ottuse, e squarcio meno esteso di bocca. Dall' apertura delle branchie di mezzana grandezza partono due lunghe pinne, che oltrepassano la regione dell' ano, e queste sono le pettorali. Due altre pinne sorgono da' suoi omeri poco diverse dalle dorsali del Palamida: la prima composta di 7 aculei, e la seconda di 14 raggi. Brevissime sono le sue pinne ventrali, e simili a quelle di tutti gli Scombri; l' anale alterna colla seconda dorsale è intessuta di 9 raggi, e la caudale di 30, che si ripartono in due segmenti lanceolati, e lunghissimi, d' onde risulta una pinna arcuata maggiore della caudale del Tonno, e d' ogni altra de' suoi congeneri.

In Polynemo V indigitavit Gronovius oſſicula in membrana branchioſtega, VII radios in pinna dorſi prima, XVI in ſecunda, XVI pariter in duabus pinnis pectoris, VII in ventris, XXXII in illa ani, ac XVII in pinna caudæ, quam Seba altius ſecatam, ut Scombrorum, atque Sparorum, agnovit. Horum attributorum plura in noſtro archetypo inveniemus, habita tamen ratione ad nudam oſſium compagem ætate conſumptam, ac viciſſitudinibus deformatam.

Non evvi preſentemente alcun Muſeo Veroneſe fuori del Gazoliano, il quale ſia poſſeſſore di un Pampino foſſile.

In nulla, præter Gazolianam, modo exſtat Veronenſi Quinquarius Lithotheca.

N. LXI.

IL MERLO ACQUATICO

LABRUS MERULA

TAV. XXXVII.

L. Cæruleo nigricans. *Linn.* S. N. XIII. pag. 480. N.° 40.
Tertia Anthiæ ſpecies. *Rondelet.* de Piſcib. pag. 191.
Merula. *Salvian.* de Aquatilib. pag. 224. fig. P. 87.
Jonſton de Piſcib. pag. 44. tab. 14. fig. 2.
Ruyſch. Theatr. Anim. I. pag. 28. tab. 14. fig. 2.
Aldrovand. de Piſcib. pag. 35.
Rondelet. de Piſcib. pag. 172.
Phycis. *Bellon.* de Aquatil. pag. 258.

Le poche note ſpecifiche attribuite dai Siſtematici a queſto peſce poſſono difficilmente farlo diſtinguere all'eſteriore da' ſuoi congeneri, maſſimamente poi trattandoſi di una ſpoglia logora, e priva del ſuo nativo colore, nel quale fondarono Artedio e Linneo la principale di lui caratteriſtica differenza.

Che il noſtro Ittiolito ſpetti effettivamente al genere linneano dei Labri, non ſembra laſciarne dubbio di ciò la forma del corpo che ci preſenta, la ſtruttura del capo non che della coda, e la qualità, il numero, e il luogo dell'inſerzione delle ſue pinne. Che poi fra le molte ſpecie dei Labri a quella in particolare debbaſi riferire, che gli antichi Naturaliſti compreſero ſotto i generici loro nomi di *Peſce Merlo*, e di *Peſce Tordo*, lo perſuade il confronto ſpeciale della noſtra tavola colle figure da' medeſimi pubblicate intorno ai ſuddetti peſci. Ma che queſto ſcheletro foſſile ſi rapporti alla ſpecie annunziata da Artedio, e Linneo col nome ſiſtematico di *Labrus Merula*, non è poſſibile di poterlo conoſcere, ſe non ſe ricorrendo alle deſcrizioni più dettagliate di altri Ittiologi, e ſupponendo che il Merlo de' due nominati Naturaliſti ſia quello ſteſſo, che viene indicato col medeſimo nome nelle opere di Salviano, di Rondelet, del Ruyſchio, e di molti altri.

Adeo in præcipuis hujuſce piſcis attributis adſignandis Syſtematum auctores modici ſunt ac parci, ut admodum difficile ſit illum ab affinibus ſpeciebus ſecernere; præſertim cum de exuvia agatur exeſa, et coloribus carente, in quibus Artedius Linnæuſque præcipuum diſcrimen collocarunt.

Minime dubitandum eſſe videtur Ichthyolithum noſtrum ad Linnæanum Labrorum genus ſpectare, ſi corporis formam, capitis, caudæque ſtructuram, nec non qualitatem, numerum, ac locum pinnarum attendere velimus. Quod autem inter varias Labrorum ſpecies ad illam, ſit referendus, quam Phyſici veteres piſcem Merulam, *ac* Turdum *vocaverunt, collatio Tabulæ noſtræ cum figuris eorumdem piſcium per ipſos vulgatis ſuadet. At quod foſſile hoc ſceleton ad ſpeciem ab Artedio, ac Linnæo nomine Labri Merulæ deſignatam referatur minime potis eſt dignoſci; niſi minutiores aliorum Ichthyologorum deſcriptiones conſulantur, ac Merulam prædictorum Phyſicorum eumdem ac Salviani, Rondeletii, et Ruyſchii eſſe Merulam ponatur.*

Salviano, che fra tutti ci offre la migliore figura del Peſce *Merlo*, lo deſcrive a un dipreſſo nella ſeguente maniera. Il ſuo corpo è di colore turchino-nero, e della grandezza di quello dei Tordi marini, ma a ſquame più larghe, nè arriva mai ad oltrepaſſare

Salvianus, qui fideliorem adſerti piſcis edidit picturam, ferme ita ipſum deſcribit. Corpus eſt colore cæruleo-pullo, Turdorum marinorum ad inſtar magnitudine, at latioribus ſquamis, nec unquam libram pondo excedit. Provehitur caput cylindrico roſtro brevi ac obtuſo,

in peſo una libra. Ha la teſta che ſi produce in un roſtro cilindrico breve ed ottuſo con bocca mediocre munita di denti incurvati, e di groſſe labbra. I ſuoi occhi ſono ampliſſimi e riſplendenti. Nel dorſo è guernito di una ſola pinna armata anteriormente di 9 o 10 piccoli aculei, e poſteriormente di raggi ſemplici e ottuſi. Vicino alle branchie ha due pinne conſiſtenti larghe, e rotondate nel margine, e due parimenti al torace, ma minori, e più deboli. Preſſo il foro anale, che ſi apre al diſſotto del ventre, avvi un'altra pinna più breve, e la coda termina in una pinna larga indiviſa, e preſſochè circolare. È il Merlo un peſce marino di Europa, che abita vicino agli ſcogli, e ai lidi arenoſi del mare (1).

Non ſi poſſono tutti gli eſpoſti caratteri verificare minutamente nell' Ittiolito annunziatò col nome di *Merlo acquatico*, giacchè in eſſo molte parti del corpo per le vicende ſofferte dopo morte, e dentro alla terra, furono infrante e traſportate fuori del proprio luogo. Così avvenne della ſpinal midolla ſpezzata nel mezzo delle pinne pettorali, che paſſarono per un contorcimento ſtraordinario del capo nel luogo delle ventrali; e così parimenti della remige anale, e dorſale, ove mutilati furono molti raggi, e tolti dal ſito della loro originale inſerzione. Ciò nondimeno quelli che vorranno iſtituire un'analiſi di confronto fra le parti ſuperſtiti di queſta ſpoglia e la deſcrizione e figura del citato Salviano, ſi accorgeranno dopo un'attenta indagine dei molti tratti di analogia che giuſtificano la determinazione di queſta ſpecie, unica ſino ad ora fra gl'Ittioliti di Veſtena Veroneſe.

ore non immodice hianti, craſſis labiis, recurvis dentibus. Ampla, ac micantia lumina. Tergus ſolam pinnam anterius IX *aut* X *parvis aculeis, poſterius radiis ſimplicibus ac obtuſis armatam emittit. Pone branchias duas tenet pinnas firmas, latas, ac in margine convexas, duas pariter in thorace, aſt minores, debilioresque. Prope ani foramen, quod ſubtus alvum patet, breviorem habet pinnam, caudaque in pinnam latam, minime ſectam, ac ferme circularem deſinit. Maria Europam alluentia, et quidem circa ſcopulos, ac arenoſa littora inhabitat Merula.*

Non eadem exacte in Ichthyolitho Merula aquatili *nominato reperias, cum in ipſo ob viciſſitudines quas poſt interitum intra viſcera terræ obiit, pleræque corporis partes corruerint, aut propria de ſede remotæ fuerint. Ita ſe habet de ſpinæ medulla, quæ media confracta eſt inter pinnas pectoris; hæ autem inſueta capitis contorſione in pinnarum ventris locum tranſierunt; atque ita pariter de ani, ac dorſi remigiis accidit, in quibus plures radii decurtati ex naturali ſede exierunt. Qui tamen comparationem inter partes hujuſce ſpolii adhuc integras cum Salviani deſcriptione ac figura inſtituere voluerint, poſt examen affinitatem plurium rerum comperient, quæ hujuſce ſpeciei hucuſque inter Veſtennios foſſiles unicæ determinationem confirmant.*

(1) *Salvian* de Aquatil. pag. 223.

N. LXII.

IL PESCE GRILLO

OPHIDIUM BARBATUM

TAV. XXXVIII. FIG. I. 2.

O. maxilla inferiori cirris quatuor. *Linn.* S. N. XIII. pag. 451. N.° 1.
O. Cirris quatuor in maxilla inferiore. *Arted.* Ichth. Syn. 42. N.° 1.
O. cirris quatuor gularibus. *Bloch* Ichth. V. pag. 58. Pl. CLIX. fig. 1.
O. barbatum maculosum Rondeletii. *Ray* Synops. Pisc. pag. 39. N:° 6.
Enchelyopus barbatus, dorso cinereo, mediis lateribus argenteis, dorsali et ventrali pinnis longis in exitu corporis conjunctis, e mento cirrosus. *Klein* Miss. Pisc. IV. pag. 52. N.° 4.
Grillus alter vulgaris, aselli species. *Bellon.* de Aquatil. iib. 1. pag. 132.
Ophidion Plinii. *Willougb.* Ichth. tab. G. 7. fig. 6.
Gesner. de Aquatil. pag. 92. 630.
Ruysch. Theatr. Anim. I. pag. 9. tab. 5. fig. 2.
Aldrovand. de Piscib. pag. 353.
La Barbue. *Encyclop. Method.* Ichth. pag. 35. Pl. 26 fig. 89.

Il carattere distintivo di questo pesce in figura di anguilla si fa consistere dalla comune degl' Ittiologi nell' unica nota dei quattro cirri sottili posti sotto alla gola, che prima di Artedio non erano stati osservati da Jonston, Ruyschio, e Aldrovandi, e che a torto Gesnero, Willougbey, e Rondelezio ridussero al numero di due soli. Questo esterno carattere facile a rilevarsi nel Pesce grillo vivente, o appena estratto dall'acqua, non è così agevole a riconoscersi in quelle spoglie, che disseccate, e corrose dagli anni passarono per una serie di cangiamenti dalla famiglia degli animali a quella de' fossili. Tuttavia fra le due, che presenta la nostra tavola trigesima ottava estratte dal Museo Gazoliano, la prima di meravigliosa conservazione in ogni sua parte essendo fortunatamente rimasta voltata col capo all' ingiù, lascia travedere alla gola in alcune linee nere longitudinali le marche de' quattro cirri: ciò che non puossi riscontrare nell' altra, e in tutte quelle non iscarse di numero dissotterrate finora dalla Lastrara, la testa delle quali è per lo più sformata o disciolta nella parte più tenera, dov' era esistente la gola. Alla mancanza però dell' accennato carattere principale nelle specie fossili del Veronese supplisce l'abito esterno del corpo più breve, e schiacciato di quello delle Morene, siccome anche la forma del capo propria singolarmen-

Unicam Ichthyologi vulgo anguilliformis hujusce piscis notam quatuor cincinnos, seu mystaces exiles sub gutture statuerunt; quos nec Artedius, ac Jonstonus, nec Ruyschius atque Aldrovandus primum adnotaverant; quosque Gesnerus, Willougbeyus, ac Rondeletius perperam in duos tantum concinnaverant. Extimum hoc insigne in vivo nanti, ac vix e fluctibus erepto satis conspicuum, non ita facile iis in exuviis dispici potest, quæ labentibus annis exsiccatæ, atque exesæ innumeras per vicissitudines ab animalium populo in fossilium familiam transmigrarunt. Inter duas tamen, quas nostra Tabula XXXVIII ex Gazoliano Museo depromptas exhibet, prima mirifice integra, cum forte fortuna supina jacuerit, nonnullis in lineis atris ad guttur quatuor cincinnorum vestigia præfert. Quod minime conspicere est in alia, cæterisque, quas plurimas hactenus Lastrara fudit; in hisce nam caput plerumque deforme, ac ibi tabidum, et mancum, ubi prius guttur jacebat. Attributi hujus in fossilibus Veronensium speciebus defectum externus corporis habitus Murænis brevior, compressiorque emendat, ac itidem forma capitis Ophidiorum propria, nec non pinnarum, quæ adhuc supersunt.

te de' Grilli, e quella non meno delle pinne ſuperſtiti.

La teſta dell'Ittiolito, di cui ſi tratta, è breve, piccola e ſenza ſquame, colla maſcella ſuperiore un poco più lunga dell'inferiore, come ſi può vedere in ambedue gli eſemplari da noi prodotti. Si contano nella ſua membrana branchioſtega 7 oſſicelli (fig. 2.), carattere proprio dei peſci del genere degli Ofidj, onde ſi diſtinguono dalle Morene, ed Anguille, alle quali eſternamente ſomigliano. Il di lui corpo quantunque diſſeccato, e ridotto quaſi allo ſtato di pietra, laſcia travedere alla regione del petto (fig. 1.) un avanzo di piccole ſquame, che non eſiſtono nelle anguille, il corpo delle quali è anche in proporzione più lungo e meno depreſſo. Eſſo è fornito di cinque fulcri o iſtromenti del nuoto, detti le pinne: due ſituati a fianco del petto, che per la loro ſomma tenuità ſi raffigurano appena, e in cui coll'ajuto delle lenti ſcorgonſi 17 raggi, (fig. 2), e tre altri inſieme congiunti, che dalla nuca ſino alla regione del ventre formano una pinna continua compoſta di 250 raggi all'incirca, e che riſulta dall'aggregato della dorſale, caudale, ed anale. La ſua coda poi è prodotta leggiermente in acume, come riſcontraſi in amendue le figure: nel che appariſce diverſo dal Grillo imberbe ad eſſo congenere, diſtinguendoſi anche per l'unione delle anzidette tre pinne dagli Aſinelli, e dalle Muſtele, colle quali ſembra avere qualche rapporto di ſomiglianza.

Noſtri Ichthyolithi caput breve eſt, ſquamarum expers, ſuperiori maxilla ultra inferiorem aliquantulum producta, ut in duobus videre eſt, quos edidimus, typis. In cuti branchioſtega VII numerantur oſſicula (fig. 2), quod piſcium, qui Ophidiorum nomine diſtinguuntur, præcipuum eſt, quodque eos a Murænis, ac Anguillis aſſimilibus diſcriminat. Corpus etſi exſiccatum ita ut pene lapideum ſit in pectore (fig. 1.), reliquias parvarum ſquamarum aperit; quibus anguillæ carent, quæ corpore ſunt longiores, minuſque depreſſæ. Quinque remis ad nandum, quæ pinnæ vocantur, fulcitur; duobus in latere pectoris vix ob exilitatem conſpicuis, in quibus perspicillorum ope XVII viſuntur radii (fig. 2); tribusque aliis ſimul coeuntibus, qui ab occipite ad alvum extremum excurrunt, continuamque efficiunt pinnam CCL radiis conſtantem, ac dorſi, ani, atque caudæ ex pinnis coalescentem. Cauda leniter in apicem deſinit, ut utrisque in figuris apparet; qua in re ab Grillo imberbi *aſſimili differt; quemadmodum trium pinnarum coalitio ab Aſellis atque Muſtelis, quibuſcum affinitas aliqua intercedere videtur, longe diſterminat.*

Più ſtrettamente pare che il noſtro Ittiolito convenga coi caratteri dell'Ofidio verde deſcritto dall'illuſtre Fabrizio (1). Ma oltre al maggior numero dei raggi, che oſſervanſi nelle tre pinne unite di queſto, ed oltre al capo alquanto più voluminoſo, e privo affatto di cirri, non eſiſtono in eſſo le piccole frequenti macchie di color nero, che rendono variopinto e tigrato il corpo anguilliforme del Grillo, e che tuttavia diſtintamente appariſcono nell'eſemplare rappreſentato dalla figura prima, ſebbene da gran tempo caduto in

Magis cum Ophidio viridi, quem clarus deſcripſit Fabricius, congruere videtur. Aſt præter plures radios in tribus pinnis ſimul conjunctis, præter grandius caput cincinnorum expers, deſunt maculæ fuſcæ, quæ tigridis in morem caput Grilli pictum affingunt; quæque hactenus manifeſte apparent in typo (1. fig.) etſi jamdudum in foſſilium claſſem tranſierit. Perluſtrationibus cl. Co. de Ronconiis tam eleganti aucti ſumus Ichthyolitho, qui adſertæ ſpeciei quam maxime attributa illuſtravit, quæ ferme in cunctis Veſtennæ exemplaribus ob ſpoliorum

(1) Faun' Groeland. pag. 141. N.° 99.

potere del Regno fossile. Dobbiamo alle diligenti perlustrazioni del Ch. Co. Ignazio Ronconi l'escavazione nella Lastrara di un Ittiolito sì perfetto in ogni sua parte, il quale ha servito a mettere in chiaro vie maggiormente i caratteri della specie in questione, che in quasi tutti gli esemplari di Vestena furono dalla corruzione della spoglia alterati, o quasi interamente distrutti.

intabescentiam immutata fuerunt, aut penitus interierunt.

Il pesce Grillo vive singolarmente nel mare Mediterraneo, dal quale non si diparte mai, secondo ciò che asserisce il Bellonio. Alcuni moderni Naturalisti lo fanno comune eziandio al mar Rosso in Egitto. Egli è certo però, che si pesca anche nel Baltico, ed in Siberia, come apparisce dalla descrizione di Bloch (1). I Romani lo tenevano in molto pregio, ed imbandivano frequentemente le loro mense di questo pesce. Da quali delle accennate regioni siano procedute le spoglie copiose del Grillo esistenti nella Lastrara, non abbiamo dati bastanti per poterlo conoscere, e con verità definire.

In salo, quod Europam ad meridiem alluit, degit præsertim Grillus, a quo numquam digreditur, ut refert Bellonius. Physicorum nonnulli crebrum etiam Erythræi inquilinum faciunt. Extra omnem tamen est aleam etiam in Germanico ac Siberico ponto expiscari, ut e Blochii apparet descriptione. Plurimi faciebant Romani, ac sumptuosis sæpius cœnis adhibebant. E quibusnam prænotatis regionibus crebræ immigrarint Ophidii hujus exuviæ, quibus referta est Lastrara, necessariis minime instructi notionibus nec dignoscere, nec pro certo asserere possumus.

N. LXIII.

IL TRAPANO

PEGASUS LESINIFORMIS

TAV. XXXIX FIG. I.

D. 6. P... V. 3. A. 5. C. 15.

P. Rostro acuminato ensiformi; cauda lanceolata.

L'esterna fisonomia di questo pregevolissimo Ittiolito non deve punto sorprendere l'osservatore naturalista, ogni qualvolta si faccia a conferirla con quella del piccolo pesce da noi descritto alla Tavola V. fig. 3 del Gabinetto Bozziano. Il carattere del genere Pegaso spicca ben tosto in entrambi alla forma depressa del corpo prismatico, al lungo rostro, nel quale si producono le due mandibole, ed alle incisure ossee, che in varie articolazioni dividono il loro tronco.

Eximii istius Ichthyolithi adspectus minime naturalium observatoribus mirus videri debet, si cum eo pisciculi Tabulæ V fig. 3 Bozzianæ Lithothecæ a nobis descripti conferatur. Genericus Pegasorum character illico ex depressa prismatici corporis forma, ex longo rostro, in quo producuntur maxillæ, atque ex osseis segmentis, quæ truncum articulatim dividunt, in utroque innotescit.

(1) Ichth. V. pag. 59.

I Siſtematici hanno finora determinate tre ſole ſpecie di Pegaſi, con neſſuna delle quali conviene quella, che ora prendiamo ad eſaminare, traſcelta dagl' Ittioliti del Muſeo Gazoliano, e da noi pubblicata ſotto il nome di Trapano. Le dimenſioni del corpo, la ſtruttura, e lunghezza del roſtro, la forma particolare delle diverſe pinne eſibiſcono in queſta ſpoglia i contraſſegni più certi di una nuova ſpecie di Pegaſo.

Tres tantum Pegasorum ſpecies hactenus definierunt Syſtematum auctores, quarum nulla cum hac congruit, quam e Gazoliano Muſæo ſelegimus, cuique Terebræ *nomen indidimus. Corporis menſura, roſtri conformatio, ac longitudo, ſingularis pinnarum forma certis indiciis novam Pegaſi formam accusant.*

Il Trapano è lungo da cinque in ſei pollici, ſe le dimenſioni ſi prendano dall' eſtremità del roſtro ſino all' apice della coda, e quindi eccede in lunghezza, e proporzionatamente anche in groſſezza qualunque altra ſpecie di Pegaſo ſin qui conoſciuta. Il di lui capo è lieve, e rotondo, e ſi produce anteriormente in una lunga proboſcide acuminata a differenza degli altri peſci congeneri, che l' hanno troncata all' apice; e a guiſa di ſpatola. Due occhi prominenti, ſpazioſi ſono ſituati uno per ogni lato del capo, dove incomincia ad attenuarſi nel roſtro. Il corpo di queſto peſce è cilindrico, e ſi reſtringe notabilmente al di ſotto della pinna dorſale, e delle ventrali. Eſſo è diviſo in venti articolazioni o ſegmenti ſquamoſi, ſimili a quelli dei lombrichi terreſtri, e dei polipi. Ha cinque ſorta di pinne, una cioè dorſale, due pettorali, altrettante addominali, una anale, ed una caudale. La pinna dorſale è poſta preciſamente alla metà del corpo per contro alle addominali, e ſi contano in eſſa ſei raggi ſemplici di quaſi eguale lunghezza. Le due pettorali ſono appena viſibili per le vicende del tempo, nè ſi poſſono perciò ſtabilire le dimenſioni, e i raggi, che le compongono. Le pinne ſituate all' addome chiamate comunemente ventrali riſultano dall' aggregato di tre ſoli raggi per ciaſcheduna, diſpoſti in figura di pungiglione. L' anale ha cinque raggi, che ſi ravviſano a ſtento; e quindici ne preſenta la pinna caudale, che è la più grande di tutte le altre, e di forma lanceolata.

Terebra, (ſi ab extremo roſtro ad caudæ apicem usque metiatur) quinque, ſexve pollices æquat; habitaque proportione, tum longitudine, tum latitudine cæteras Pegasorum, quæ hucusque innotuerunt, ſpecies excedit. Caput teres, rotundum, anteriuſque in longam proboſcidem acutam productum; quod ſecus ſe habet in reliquis ejuſdem generis piſcibus, in quibus ad apicem eſt mutila, atque ſpathulæ in morem conficta. Lumina ampla, ac prominentia ibi in utroque capitis latere micant, ubi in roſtrum attenuatur. Cylindricum corpus valde ultra dorſi, ac ventris pinnas coarctatur. Viginti in articulos, ſive ſquamea ſegmenta, ut in lombricibus ac polypis dividitur. Quinque tenet pinnarum ſeries; unam ſcilicet in dorſo, duas in pectore, totidem in abdomine, analem unam itidemque caudalem. Dorſi pinna in medio eminet corpore pinnis abdominis obverſa, quæ ſex conſtat ſimplicibus radiis longitudine paribus. Duas pectoris pinnas vix ob temporis damna conspicere eſt; ac idcirco nec menſura, nec radiorum numerus adſignari poteſt. Alvi pinnæ tribus tantum ſubtexuntur radiis aculei in morem confictis. Ani pinna quinque ſubſtentatur radiis, qui vix diſpici queunt; XV autem pinna caudæ, cæteris grandior, ac ſpiculata.

Ignoraſi qual ſia il luogo natale di queſta nuova ſpecie di Pegaſo; ma l' eſotica ſua figura porta a conghietturare,

Novæ hujuſce Pegaſi ſpeciei natalis locus ignoratur; aſt peregrina forma ad pelagos longe ab Europa summotos ſatis

ch' esso probabilmente appartenga a mari lontani dal continente d'Europa, e a que' medesimi, a quali spettano la maggior parte dei piccoli pesci dell' ordine dei Cartilaginosi, che gli sono congeneri.

innuit pertinere; ad quos plurima ex parte reliqui sunt quoque pisciculi referendi ex ordine Cartilagineorum, qui ejusdem esse generis censentur.

N. LXIV.

IL GATTO

SILURUS CATUS

TAV. XXXIX. FIG. 2.

S. pinna dorsali postica adiposa, ani radiis 20, cirris 8. *Linn.* S. N. Edit. XIII. pag. 504. N.° 12.
Bagre species secunda. *Marcgraw.* Brasil. pag. 173.
Sil. pinna ani radiis 23, cirris 6, pinna caudali bifida. *Encyclop. Meth.* Ichth. pag. 131. N.° 11.
Bagre secunda. *Jonston.* de Piscib. pag. 204. tab. XXXVIII. fig. 2.
Bagre 2. Marcgraw. affinis. *Catesby.* Carol. 2. pag. 23. tab. 23.

Dobbiamo a Marcgravio le prime notizie intorno a questo curioso pesce del genere de' Siluri, di cui ne parlarono poscia Jonston, Catesby, Linneo, ed altri più recenti Naturalisti. È assai difficile però di poter conferire i caratteri del nostro fossile coi Margraviani, avendo egli descritto, e riportato la figura di un pesce Gatto già adulto, e della lunghezza di oltre a due piedi; laddove l'esemplare, che qui pubblichiamo tratto dagl' Ittioliti di Vestena, è una spoglia bambina, ed anche priva di molte delle sue parti caratteristiche.

Ciò che secondo Margravio distingue principalmente il pesce in quistione, è il corpo allungato colla testa piana, e compressa, la bocca inferiormente di figura parabolica ottusa, da cui sporgono in fuori sei filamenti, e gli occhi piccoli rotondi, e fra loro distanti. Otto pinne, egli dice, si contano in questo pesce: due sopra la schiena, la prima delle quali verso la nuca, e la seconda verso la coda: l'una grande intessuta di raggi, piccola l'altra e di sostanza carnosa. Due pinne parimenti partono dalle branchie alla regione del petto munite anteriormente di un raggio in forma di valida spina, altrettante sono inserite nell' infima parte del ventre, minori però delle pettorali; una poco dopo ne sorge in vicinanza dell' ano,

Marcgraffio primæ de singulari hoc e Silurorum genere pisci debentur notitiæ, cujus postea Jonstonus, Catesbeyus, Linnæus, *aliique recentiores Ichthyologi mentionem fecerunt. Admodum tamen difficile est Marcgraffii attributa cum fossili hoc nostro conferre; utpote quod ipse Catum jam adultum ac bipedalem descripserit, ac delineaverit; typus autem noster ex Vestenniis Ichthyolithis depromptus spolium est pisciculi, pluribus partibus præcipuis carens.*

Juxta Marcgraffium, Catum præsertim distinguit corpus oblongum capite depresso, rictu inferius parabolico incurvo, ex quo sex prosiliunt filamina, oculisque rotundis, ac dissitis. Octo in ipso numerantur pinnæ: duæ dorsales, quarum prior ad nucam, magna, radiis intexta; altera caudam versus minima et adiposa. Duæ pariter pinnæ ab branchiis in pectore, radio veluti valida spina præditæ, emergunt; totidem insitæ manent pectoralibus minores in infimo alvo; alia podicem tenus exsurgit; postrema duobus instructa lobis caudam constituit. Squamarum omnino expers est hic piscis, nudaque tantum intectus pelle.

e l'ultima è quella a due lobi, che costituisce la pinna caudale. Questo pesce è privo affatto di squame, e ricoperto interamente di cute.

Esaminando attentamente la figura seconda della nostra Tavola trigesima nona, molti residui si rilevano tuttavia delle indicate note caratteristiche del pesce Gatto: e sebbene manchino affatto le due pinne dorsali, e siano sfigurate le altre, e nascosta interamente l'anale; con tutto ciò dalla forma del capo, benchè privo di cirri, dalla struttura della bocca, e dal tutto insieme del tronco, e delle varie sue parti risaltano i principali lineamenti della specie, alla quale viene questo scheletro riferito; il quale per conseguenza si giudica appartenente in origine ai mari dell'America meridionale, sebbene dissotterrato in oggi dai monti del Veronese.

Trigesimæ nonæ nostræ Tabulæ secunda figura attente expensa, plura adhuc præcipuarum notarum, quas indicavimus, Catti invisuntur vestigia: ac quamquam dorsi pinnæ integræ desint, aliæ sint deformatæ, penitusque pinna ani lateat; nihilominus e capitis forma, etsi filamentis careat, ex oris structura, ex generico trunci, ac variarum partium adspectu præcipua prosiliunt lineamenta speciei, ad quam hæc refertur exuvia. Ex quo, etsi modo in Veronensium jugis defossa, ad Americæ meridionalis æquora conjicitur pertinere.

N. LXV.

L' IRIDE

CHAETODON RHOMBOIDES

TAV. XXXIX. FIG. III.

Ch. aculeis analibus tribus, quinque dorsalibus. *Bloch.* Ichth. VI. pag. 75. Pl. CCIX.
Seserinus pinnis longioribus. *Plumier.* Mss.

Cinque corte spine anteriori alla pinna dorsale, e tre brevi aculei precedenti l'anale costituiscono il primo carattere distintivo dell'Iride, recentemente illustrata da Bloch, e collocata sotto il genere de' Mollidenti. Essa è di figura romboidale bislunga, avendo attenuate le due estremità del corpo, cioè il capo, e la coda. Ha parimenti allungate le due pinne dorsale, ed anale a foggia di ali di rondine, e la sua coda è lunata, o profondamente bifida. Gli integumenti squamosi di questo pesce sono longitudinalmente strisciati a varj colori, d'onde ha avuto origine il nome volgare, che gli diamo di pesce *Iride*.

Quinque breves anticæ in pinna dorsi spinæ, tresque exigui aculei, qui ani pinnam præcedunt, præcipuum exhibent Iridis attributum, quam modo Blochius illustravit, ac in Chætodontium genus recensuit. Rhomboidali est figura oblonga, in capite, atque cauda corpore coarctato. Præterea dorsi, atque ani pinnæ ut hirundinum alæ extenduntur, et cauda ad instar lunæ altius secta. Tegmina squamea variis coloribus pinguntur; hinc Iridis *vulgare nomen indidimus.*

A riserva soltanto della mancanza delle squame, e delle tinte native, non possono meglio convenire colle note di

Si squamarum, ac colorum defectum excipias, inter notas Blochii ac attributa, quæ hactenus in Vestennio Ichthyolitho sub

Bloch i caratteri, che tuttavia si riscontrano nell' Ittiolito di Vestena da noi prodotto sotto lo stesso nome. Il di lui corpo, benchè pervenuto ad un terzo della sua ordinaria statura marcata dall' esemplare blochiano, è fatto a guisa di rombo dilatato alla metà del tronco, e ristretto alla regione del capo, e verso la coda. Precedono la pinna dorsale i cinque aculei caratteristici del pesce *Iride*, e sono soltanto interamente smarriti gli anali, quantunque l'una, e l'altra di queste due pinne non lascino luogo a dubitare della loro esatta corrispondenza con quelle dell' indicata specie.

eodem nomine a nobis exhibito apparent, quam maxima intercedit affinitas. Corpus, etsi ne dum ad dimidium Blochiani typi staturæ adoleverit, medium in rhombi formam dilatatur, ac circa caput, et caudam constringitur. Quinque pinnam dorsi praecedunt aculei Iridis *præcipui, ac tantum anales aculei penitus interierunt; quamquam ambas has pinnas cum pinnis adsertæ speciei congruere apprime minime queat dubitari.*

L'Ittiologo berlinese numera nel pesce Iride 18 raggi alle pinne pettorali, 6 nelle addominali, 22 nella dorsale comprese le 5 spine, 24 all' anale computati i tre aculei corti, che la precedono, e 26 nella pinna caudale. Non è possibile di verificare con esatto confronto tutti questi caratteri secondarj sulla spoglia fossile rappresentata dalla nostra figura, poichè offrendo essa allo sguardo l'interno spaccato del pesce, mancano affatto nella medesima le pinne pettorali, e ventrali, che sono affisse all' esteriore del corpo; e rispetto alle altre pinne tuttora superstiti sonovi delle modificazioni necessariamente portate dalla distruzione della tenue membrana, che teneva uniti più raggi sottili in un fascio solo; motivo per cui maggiore apparir deve di quello, che nello stato naturale, il numero de' raggi, che le compongono. Con tutto ciò paragonando la dorsale, anale, e caudale di questo scheletro colle corrispondenti pinne, che osservansi nell' esemplare di Bloch, niuno vi sarà, il quale dubiti della loro somiglianza perfetta in quanto all' essenziale della forma, e delle diverse parti, ancorchè per la diversità dello stato disconvengano qualche poco nel numero preciso de' loro raggi.

Berolinensis Ichthyologus XVIII numerat radios in pinnis pectoris; VI in abdominis; XXII in dorsi pinna simul cum V spinis; XXIV in pinna ani, minime exceptis tribus brevibus aculeis, qui ipsam antecedunt; XXVI autem in pinna caudæ. Minime possibile est fideli comparatione has omnes notas in fossili a nostra figura exhibito invenire. Nam cum dimidiatum piscem sub oculis ponat, pectoris, atque abdominis pinnæ omnino desiderantur, quæ extimo tantum corpori adhærent. In cæteris autem, quæ adhuc supersunt, pinnis varietates quædam existunt inde profectæ, quod tenuis membrana corruerit, quæ plures exiles radios in unum fasciculum alligabat; ex quo major, quam fert natura, radiorum numerus videri debet. Attamen si dorsi, ani, caudæque hujusce exuviæ pinnas cum Blochiani typi affinibus comparamus, nemo de omnimoda quoad formam ac partes congruentia poterit dubitare; etsi ob status differentiam in radiorum numero discrimen aliquod intercedat.

Evvi un' altra nuova specie di Mollidente descritta da Bloch sotto il nome volgare di *Glauco* (1), la quale ha essa pure moltissima analogia colla forma dell' Ittiolito di cui parliamo, e potrebbero forse gli osservatori più pros-

Nova alia Chætodontis existit species a Blochio sub vulgari Glauci *nomine descripta, quæ cum Ichthyolitho nostro quam maxime congruere videtur, quamque curiosi possent reapse huic nostro fossili Iride similiorem putare. Ut in*

(1) Ichth. VI. pag. 76. Pl. CCX.

ſima riputarla del peſce Iride alla rappreſentazione del noſtro foſſile. Mancano in quella gli aculei precedenti la pinna anale, che neppure riſcontranſi nell' Ittiolito. Ma ſe ben ſi rifletta alla forma più allungata del corpo, e all' eſtenſion dei raggi, che compongono le due pinne anale, e dorſale del peſce Glauco, il paragone guida toſto a conoſcere, che la noſtra ſpoglia aſſai più d' appreſſo nella proporzione delle parti, e nel tutto inſieme confronta coll' *Iride* di quello, che coll' immagine dell' anzidetto peſce. Del rimanente l' una, e l' altra di queſte due ſpecie di Mollidenti vivono nelle acque d' America, e dobbiamo al dotto P. Plumier la prima cognizione della loro eſiſtenza, e naturale figura, ſiccome deveſi alle cure indefeſſe del Ch. Conte Gio. Battiſta Gazola l' invenzione, e ſcoperta nel regno foſſile della prezioſa ſpoglia, che appartiene alla predetta ſpecie.

Veſtennio Ichthyolitho, in illa quoque aculei deſunt, qui ani pinnam præcedunt. Aſt ſi corporis formam prolixam magis, radioſque in podicis ac dorſi pinnis Glauci piſcis magis productos advertamus, illico ex ipſa liquet comparatione, Iridem *magis non tam partium proportione, quam complexu cum hoc noſtro congruere. Cæterum ambæ hæ Chætodontium species in Americanis degunt pelagis; ac doct. P. Plumierius prior eas advertit, ac delineavit; quemadmodum eximii Co. Joannis Baptiſtæ Gazolii ſtrenuæ inveſtigationes perrarum hoc ſpolium foſſili regno addiderunt.*

N. LXVI.

IL PESCE CORNUTO

COTTUS BICORNIS

TAV. XXXIX FIG. 4.

C. Verrucis in capite binis, oſſeis, cauda biloba.

D. 2. 18 P. 12. V. 4. A. 16. C. 18.

La ſingolare ſtruttura, ed aſpetto di queſto piccolo ſcheletro, diſſotterrato dalle cave di Veſtena, ha reſa dubbia per qualche tempo la ſua determinazione al genere linneano, a cui ora ſi riferiſce. Eſſendo egli sfigurato in molte ſue parti caratteriſtiche, e difettoſo principalmente nelle pinne pettorali, e ventrali, era difficile di poter riconoſcere i ſuoi rapporti con quella ſerie di peſci toracici, che *Cotti* furono da Linneo nominati.

Singularis parvæ hujus exuviæ in Veſtenniis fodinis exhumatæ ſtructura, atque adſpectus anceps diu reddidit utrum in linnæanum genus, ad quod modo refertur, ſit recenſenda. Cum pluribus in partibus præcipuis, ac præſertim in pinnis pectoris atque alvi manca appareat ac deformis, haud facillimum erat utrum cum ea thoracicorum piſcium, qui Cotti *a Linnæo adpellantur, ſerie congruat dignoſcere.*

Rilevaſi in primo luogo ſenza tema di sbaglio, che il noſtro peſce Cornuto appartiene all' ordine ſiſtematico de' Peſci toracici, dall' aver eſſo impiantate le pinne ventrali in mezzo alle pettorali. La forma poi del ſuo capo più voluminoſo del corpo, e la generale man-

Ad eam autem pertinere præter erroris metum primo pinnæ ventris inter pinnas pectoris inſertæ demonſtrant. Capitis autem forma corpore majoris, ac ſquamarum expers cutis attributa generis Scorpiorum marinorum propria aperte manifeſtant. Verrucæ inſuper ſpineæ in oc-

canza degl' integumenti squamosi manifestano in questa spoglia decisamente i caratteri proprj del genere degli Scorpioni di mare, aggiungendosi inoltre i connotati delle protuberanze spinose all' occipite, e la grandezza dello squarcio di bocca, non che dei coperchj branchiali, siccome anche il notabile restringimento del corpo verso la coda.

cipite, magnus oris et branchialium valvarum hiatus, atque insignis caudam versus corporis coarctatio inductionem magis, magisque confirmant.

Fra le specie dei Cotti finora descritte dagl' Ittiologi niuna ve n' ha, che nella forma esteriore del corpo, e nella struttura del capo e proporzione delle diverse pinne confronti col nostro fossile, che abbiamo perciò giudicato di nuova specie. Ritrovasi bensì nel Tesoro di Alberto Seba (1) la figura di un pesce, che molto si accosta alla rappresentazione del pesce Cornuto in quanto alla forma del tronco, non che delle pinne; ma non così regge l' analogia rispetto alla struttura del capo, ove il volume minore, e la mancanza delle protuberanze spinose manifestano un pesce di genere diverso, ed anche di differente specie dal nostro.

Inter Cottorum species hucusque ab Ichthyologis descriptas nulla nec exteriori corporis forma, nec capitis structura ac proportione pinnarum cum fossili nostro congruit, quod ideo in novam speciem recensendum esse putavimus. In Alberti Sebæ Thesauro *cujusdam piscis figura reperitur, quæ valde Cornuti piscis picturæ quoad trunci, ac pinnarum formam appropinquare videtur. At non eadem capitis conformatio, in quo brevius volumen ac verrucarum defectus diversum cum genere, tum specie piscem a nostro accusant.*

Il carattere distintivo del pesce Cornuto da noi si fonda sulle due spine all' occipite in forma di piccole corna, e sulla coda partita in due lobi, essendo ordinariamente intera nelle altre specie di Scorpioni di mare dagl' Ittiologi fin qui descritte.

Præcipuum insigne Cornuti piscis in duabus verrucis parvorum cornuum more ab occipite exertis, nec non in biloba cauda statuimus; cum reliquis in Scorpiis, quos hucusque Ichthyologi descripserunt, integra cauda semper appareat.

A simili note primarie aggiungonsi quelle della particolare forma delle sue pinne, e del numero rispettivo de' raggi, che le compongono. Ha il pesce Cornuto due pinne pettorali bislunghe intessute di 12 raggi semplici, per quanto a stento si può rilevare col ministero della lente su questa fossile di lui spoglia. Una sola pinna percorre la sommità del suo dorso estesa a foggia di ala, e composta di 18 raggi, preceduti da due lunghe spine. Due remigi ventrali si vedono impiantate in mezzo alle pettorali, risultanti dall' aggregato di 4 raggi per ciascheduna. La pinna anale corrisponde nella forma, ed ampiezza alla pinna dorsale, che vi è contrapposta, e in essa si contano 16 raggi gradatamente decrescenti verso la coda, nella quale scorgesi un' altra pinna

Principibus hisce attributis præcipua pinnarum forma, ac radiorum numerus adjiciuntur. Ut perspicilli ope ægre discerni potest, Cornuti piscis pinnæ pectoris oblongæ XII *texuntur radiis simplicibus. Una tantum pinna, alæ in morem, summum arat dorsum, constatque* XVIII *radiis, quos duæ longæ spinæ antecedunt. Duo abdominalia remigia ab mediis pinnis pectoris emergunt, ac* IV *quælibet radiis texitur. Pinna ani forma ac amplitudine oppositæ pinnæ dorsi respondet, ac* XVI *subtexitur radiis, gradatim caudam versus decrescentibus. Caudæ pinna bifida* IX *habet radios in quolibet lobo, itidem ad extremum in alios minores subdivisos. Ovale est thorax, ac a reliquis Cottorum differt speciebus, qui plerumque oblongi atque cuspidati visuntur. Tantum cum ipsis capitis crassitie ac*

(1) Tom. III. tav. 27. fig. 4.

a due lobi, formati ognuno di 9 raggi, che sono nel tutto insieme 18 suddivisi verso l'estremità in altri raggi minori. Il di lui busto è di figura ovale a differenza di tutte le altre specie di Cotti, che sono per lo più bislunghi, e di forma lanceolata. Solo conviene co' medesimi nella grossezza del capo, e nel notabile restringimento del tronco verso la coda.

insigni in cauda trunci congruit constrictione.

Tal è la diagnosi de' caratteri proprj del pesce Cornuto, di cui ignoriamo, se sia abitatore delle acque fluviatili, o delle marine, ed a qual parte del globo spettasse prima del suo trasporto ne' monti del Veronese, e della sua conversione in una specie particolare d'impietrimento del Regno fossile.

Ita de Cotto nostro characteres se habent, unde ab aliis speciatim dignoscitur. Hic fluviatiles an marinos fluctus inhabitet, quamque regionem incoleret antea quam in Veronensium juga abreptus in peculiarem regni fossilis lapidem durescceret, nos penitus ignorare fatemur.

N. LXVII.

IL VOLANTINO

EXOCETUS EXILIENS

TAV. XXXIX. FIG. 5.

E. pinnis ventralibus caudam attingentibus. *Linn.* Syst. nat. X. Edit. Gmelin pag. 1400. N.° 3.

E. pinnis ventralibus elongatis prope anum. *Bloch.* Ichth. XII. pag. 10. Pl. CCCXCVII.

E. pinnis ventralibus longioribus, abdomine utrinque carinato. *Gronov.* Zooph. pag. 116. N.° 359.

E. maxillis subæqualibus, abdomine utrinque carinato: pinnis ventralibus elongatis. *Encyclop. Meth.* Ichth. pag. 181. N.° 1. Pl. 73. fig. 306.

Hirundo *Bellon.* de Aquatil. pag. 195.

Salviani *Willougb.* Ichth. pag. 233. tab. P. 4. p. 64.

Jonston de Piscibus tab. 17. fig. 8. 9.

Ruysch. Theatr. Anim. pag. 44. tab. 18. fig. 5.

Aldrovand. de Piscib. pag. 144.

Mugil alatus, *Rondelet.* de Piscib. pag. 267.

Gesner. Icon. Anim. pag. 72.

Poisson volant. *Duhamel* Traitè de Pech 11. pag. 48. Pl. 22. fig. 2.

Terbang Berampat Sajap. *Valentyn.* Ind. III. pag. 398. N.° 165.

Der Springfisch. *Müller*. L. S. Supplement. pag. 209. T. IV. tab. 9. fig. 4.

Questo è quel pesce, che trovasi al riferir di Salviano dipinto a Roma, e in varj luoghi d'Italia sotto la denominazione di Nibbio, o di pesce Rondine. I primi Naturalisti, e Linneo stesso lo hanno confuso coll'*Esoceto volante*, da cui differisce principalmente per la minore statura del corpo, e maggior lunghezza delle pinne ventrali, che si stendono fino alla coda. Il celebre Gmelin nelle molte aggiunte al sistema della Natura ne fece una specie a parte indicandola col proprio nome, e il Dottor Bloch nella parte duodecima della sua storia naturale dei pesci lo riprodusse con più esatto disegno descriven-

Hic piscis, ut Salvianus refert, ille idem est, qui Romæ, variisque Italiæ regionibus Milvii, *seu piscis* Hirundinis *nomine cernitur depictus. Ichthyologorum primi, ac Linnæus ipse cum* Exoceto evolanti *permiscuerunt; a quo tamen corporis brevitas, ac ventris pinnarum longitudo, quæ ad caudam usque excurrunt, longe discriminant. Ad Systema Naturæ in additionibus eximius Gmelinus in peculiarem speciem adjecto nomine secrevit; ac D.*[r] *Blochius in Hyst. Nat. parte duodecima magis affabre delineatum recudit, atque sub eadem ac Gmelinus adpellatione quasi novam Hirundinis speciem descripsit.*

dolo ſotto la ſteſſa denominazione di Gmelin per una nuova ſpecie di peſce Rondine.

Il Volantino foſſile, che tratto abbiamo fedelmente dagl'Ittioliti del Muſeo Gazoliano, non ha per vero dire quel grado di conſervazione nelle varie ſue parti, che poſſa farlo conoſcere a primo aſpetto per la ſpecie, alla quale appartiene. Con tutto ciò la figura del corpo, quantunque ridotta a scheletro, e la ſingolare lunghezza delle pinne ventrali, congiunta alla rifleſſibile ampiezza delle due pettorali, ſono indizj abbaſtanza chiari, che queſta ſpoglia è un avanzo del piccolo peſce vivente ne' noſtri mari, e conoſciuto univerſalmente ſotto il nome di Rondine.

La teſta del Volantino, che nell'Ittiolito appariſce ſchiacciata, è di figura conica colla maſcella ſuperiore più corta dell'inferiore. Il di lui corpo è bislungo e armato di pinne volanti, e di remigi. Due pinne a foggia di ala di rondine partono dai lati del petto, inteſſute di 18 raggi moltifidi, le quali nel noſtro ſcheletro furono tarpate dal tempo, e dalle ſoſtenute vicende, non eſſendo diſtinguibile in eſſe il numero preciſo delle loro diramazioni. Una piccola pinna falcata s'erge ſul dorſo di queſto peſce verſo la coda in oppoſizione alla pinna anale di egual figura, che riſulta dalla ſerie di 11 raggi non molto elevati, 12 eſſendo quelli, che contanſi nell'anale: e tanto queſta, che la precedente non ſono più diſtinguibili nella ſpoglia foſſile, che abbiamo prodotta. Due pinne ventrali rimarcabili per la loro lunghezza impiantate ſi veggono alla giuſta metà del corpo, e ſi ſtendono ſino verſo alla coda, contandoſi *6* raggi ramificati in ciaſcheduna delle medeſime. La coda finalmente del Volantino ha il diſtintivo particolare di una pinna profondamente bifida, e diviſa in due lobi lanceolati ineguali, l'inferiore de' quali è più lungo del ſuperiore. Queſto ſingolar carattere sussiſte tuttavia nell'Archetipo Gazoliano, e ſerve di ulteriore prova di paragone per riconoſcere in eſſo la ſpoglia conſunta del Nibbio, o peſce Rondine degl'Ittiologi, da noi pubblicata ſotto il nome volgare di Volantino.

Exocetus exiliens, quem ex Ichthyolithis Gazoliani Muſæi deprompſimus, ut verum fateamur, non adeo damnorum expers eſt, ut primo intuitu ſpecies, cui adſcribendus eſt, innoteſcat. Nihilominus figura corporis etſi ad meram osſium compagem redacti, ac præcipua pinnarum abdominis longitudo, nec non pinnarum pectoris amplitudo, ſpolium hocce reliquiam eſſe parvi piſcis noſtro in æquore degentis, ac vulgo Hirundinis nomine noti, ſatis aperte demonſtrant.

Exoceti exilientis caput noſtro in Ichthyolitho complanatum, ac conicum, ſuperiori maxilla infimam excedente apparet. Corpus oblongum pinnis volatoriis, ac remigibus armatum. Duæ pinnæ alarum hirundinis ad inſtar ac XVIII radiis multifidis ſubtextæ ab lateribus digrediuntur temporis, ac eventuum injuria adeo labefactatæ, ut diviſionum numerus minime diſcerni queat. Exigua pinna falciformis ab extremo dorſo caudam verſus egreditur anali pinnæ ejuſdem formæ obverſa, quæ XI conſtat radiis non admodum extantibus, cum XII ani pinna ſit ſubtexta. Verum hæ in exuvia, quam protulimus, penitus interciderunt Medio e corpore duæ emergunt abdominis pinnæ longitudine inſignes, ad caudam uſque excurrentes, ubi VI in unaquaque ramorum in morem diviſi radii numerantur. Cauda tandem ut inſigni præcipuo prædita eſt pinna altius ſecta, duosque in lobos inæqualiter cuſpidatos diviſa, quorum inferior ſuperiorem tranſgreditur. Singulare hoc attributum adhuc ſupereſt in Archetypo Gazoliano, ac etiam atque etiam ſpolium eſſe comprobat exeſum Milvii, ſeu Hirundinis Ichthyologorum, quod vulgari Volantini *adpellatione edidimus.*

N. LXVIII.

IL GLOBO

DIODON ORBICULARIS

TAV. XL.

D. corpore rotundo, aculeis brevibus. *Bloch* Ichth. IV. pag. 81. Pl. CXXVII.

Ostracion subrotundus, aculeis undique brevibus triquetris raris. *Arted.* Gen. p. 95. N.° 16.

Orbis muricatus, et reticulatus, sive Ostracion subrotundus, aculeis undique brevibus triquetris armatus. *Seba* Mus. 3. pag. 8. N.° 3. tab. 23. fig. 3.

Orbis echinatus seu muricatus. *Rondelet* de piscib. pag. 421.

Gesner. de Aquatil. pag. 632.

Aldrovand. de Piscibus pag. 55.

Willougb. Ichth. pag. 144. 155. tab. 1. 4. fig. 6.

Ray. Synops. pag. 43. N.° 5.

Poisson rond et piquant. *Cours* d'Histoire natur. Tom. V. pag. 460. Pl. 5. fig. 4.

Troutoen. *Renard.* Hist. des Poissons Tom. I. pag. 9. Pl. 5. fig. 32.

Fra gli amfibj nuotanti da Linneo stabiliti trovasi sotto il genere de' Bidenti accennata una specie di pesce col tecnico nome di Atringa (1), il quale sembra nelle sue varietà approssimarsi alla rappresentazione dell'Ittiolito, che ora ci proponiamo di esaminare. A quella specie diffatti descritta per la prima volta da Artedio si riferiscono tutte le sinonimie degli autori, che abbiamo fatte precedere alla descrizione del nostro Globo. Siccome però la mancanza di alcuni segni caratteristici dell' Atringa nel pesce Globo ha indotto il celebre Bloch a formarne di questo una nuova specie; così noi pure seguendo lo stesso Ittiologo ci siamo determinati di separarlo, annunziandolo sotto il medesimo nome, col quale fu pubblicato dal Berlinese Naturalista.

I corti aculei triangolari, che coprono il corpo rotondo di questo pesce, sono i principali caratteri, che lo distinguono dagli altri Riccj marini. Ha egli quattro sorta di pinne per uso del nuoto; le pettorali di raggi 21 per ciascheduna; la dorsale, e l'anale di 11; e la caudale di 8. Del rimanente sulla di lui superficie non si scorgono a primo colpo di vista, che degli aculei puntuti, ma lontani gli uni dagli altri, e che poggiano sopra tre lunghe radici in forma di stella, le quali si stendono sotto gl'integumenti esteriori. Il suo corpo in istato naturale è perfettamente rotondo; la di lui bocca sembra inte-

(1) Syst. Nat. XIII. pag. 412. N. 1.

Inter nantes amphibios ab Linnæo in Diodontum genere constitutos piscem invenimus tecnico nomine Atringæ *distinctum, qui suis in varietatibus Ichthyolitho, quem modo examinandum proponimus, appropinquare videtur. Illi revera speciei, quam prior Artedius descripsit, cunctæ sunt auctorum synonimiæ referendæ, quas Orbis nostri descriptioni præposuimus. Cum tamen nonnullarum notarum Atringæ præcipuarum in pisce Globo defectus celebrem Blochium ad novam speciem excogitandam induxerint; nos quoque vestigia ejus sequuti Globum secrevimus, eodem nomine ac Berolinensis Physiophilus nomine evulgavimus.*

Triangulares aculei, quibus totum hujusce piscis horret corpus, præcipuum sunt insigne, quo a cæteris æquoreis Echinis secernitur. Quatuor pinnarum generibus ad nandum utitur; pinnarum pectoris quælibet XXI *habet radios; pinna dorsi, analisque* XI, *caudæ* VIII. *Cæterum primo intuitu cutis apparet scabra aculeis acuminatis, dissitis, ac triquetræ radici inhærentibus, quæ pellem altius penetrat. Corpus vivens omnino sphæricum; edentulum os videtur, ut Blochius putavit. At in fossili nostro etsi labra dentibus careant; palatum tamen crassis dentibus molaribus planis ad contundendam cancrorum, conchyliorumque escam instructum est.*

ramente priva di denti, ſiccome è ſtato creduto da Bloch; ma dall'eſame della noſtra ſpoglia foſſile ſi rileva, che quantunque le due mandibole di queſto peſce ſiano effettivamente ſdentate, il ſuo palato in luogo di eſſe è guernito di groſſi denti molari di forma piana, che ſervono probabilmente alla contuſione dei granchj, e delle conchiglie, di cui egli ſi paſce.

Dobbiamo a Rondelet le prime notizie del Globo, o peſce Orbe degl'Ittiologi, che fu poi illuſtrato, e deſcritto dai Siſtematici, e dalla maggior parte de'Claſſici, ſiccome rilevaſi dalle Sinonimie, che abbiamo dapprincipio citate. Vive queſto peſce ne' mari dell'Africa al capo di Buona Speranza, alle Isole Molucche, e nella Giammaica. Il confronto della ſpoglia diſſotterrataſi dalla laſtrara nel Veroneſe colla figura di Bloch prodotta alla Tavola centeſima vigeſima ſettima della ſua Storia generale, e particolare dei Peſci farà conoſcere agl'Ittiologi la ſtretta affinità di caratteri, che paſſa fra l'una e l'altra, benchè la prima ſiaſi rinvenuta in un luogo cotanto ſeparato, e lontano dalla vera patria di queſto peſce.

Globi, ſeu piſcis Orbis Ichthyologorum primas debemus Rondeletio notitias. Illuſtrarunt, ac deſcripſerunt deinceps Syſtematum, Claſſiumque auctores fere omnes, ut ex synonimiis præmiſſis eſt manifeſtum. Affricana incolit æquora circa Bonæ Spei promontorium, degitque etiam ad inſulas Moluccas, atque in Jamaicæ fluctibus. Si exuviam in Veronenſi fodina exhumatam cum Blochii figuræ Tabulæ CXXVII in Hystoria generali ac particulari Piſcium conferant Ichthyologi, ſtricta extemplo attributorum, quæ inter utramque intercedit, patebit affinitas, etſi prior in locis tanto intervallo a natali hujuſce piſcis ſalo diſterminatis fuerit deſoſſa.

N. LXIX.

LO SGOMBRO NOBILE

SCOMBER SPECIOSUS

TAV. XLI.

S. pallide aurius, faſciis verticis obliquis, corpore 7 nigris alternis. *Forskal.* Faun. arabic. pag. 54. N. 70.

Del genere indubitatamente degli Sgombri è l'elegante archetipo foſſile, che ora ci offre a conſiderare il ricco Muſeo Gazoliano. La ſua teſta lieve e compreſſa; il di lui tronco fuſiforme, e voluminoſo; la coda profondamente lunata; l'ordine, e la diſpoſizione di tutte le pinne dimoſtrano ad evidenza gli ſtretti rapporti della ſua affinità coi peſci ſpettanti al genere toracico degli Sgombri.

„ pettorali sono lunghe, ed acuminate;
„ immediatamente al di sotto si trova-
„ no le ventrali, il primo raggio delle
„ quali è corto, e spinoso; la dorsale
„ è inserita dalla parte posteriore del
„ tronco, e sembra congiungersi colla
„ coda; l'anale vi è direttamente op-
„ posta, e la caudale è appena leggier-
„ mente intagliata nel margine. „

Methodica in Encyclopædia noster piscis magis accurate ita describitur " Gla-
„ diator septem, octove pollices minime
„ excedit. Tergus convexum, alvus ali-
„ quantisper tumens ac anterius atte-
„ nuata; caput superne complanatum,
„ ac squamis obductum. Pectoris pin-
„ næ longæ, ac cuspidatæ; pone affa-
„ tim ventrales adsurgunt, quarum prior
„ radius brevis atque spinosus; dorsalis
„ insita est in posteriori trunci parte,
„ videturque cum cauda permisceri; ana-
„ lis est huic penitus obversa, atque
„ caudalis leviter est in margine incisa. „

Il riscontro di tutti questi caratteri nell' Ittiolito, che abbiamo sott' occhio, rende sempre più certa la sua determinazione alla specie, a cui viene da noi riferito. Potrebbero soltanto i più scrupolosi Ittiologi opporci, che in questa spoglia le due pinne dorsale, ed anale esibiscono un maggior numero di raggi di quello, che siansi numerati da Hommel in quella del Gladiatore. Ma ciò non sembra dover costituire una differenza essenziale, frequenti essendo gli esempj di pesci della medesima specie, descritti da' Sistematici con risultato diverso, rapporto al numero de' raggi di tutte le loro pinne. Vediamo altronde rispetto all' anale, e dorsale del nostro scheletro, che sussiste in esse la stessa forma presentata dall' originale di Hommel, e che la loro inserzione è precisamente nel medesimo luogo, aven-

Cum hæc omnia in Ichthyolitho, quem præ oculis habemus, appareant, certior magis magisque speciei, ad quam retulimus, evadit congruentia. Possent solummodo severiores Ichthyologi objicere, hujus in exuviæ pinnis dorsali atque anali majorem radiorum numerum, quam Hommelii in Gladiatore, inveniri. At hoc haud magni momenti discrimen est putandum; cum piscium ejusdem speciei ab Systematicis descriptorum, discrepante autem radiorum in pinnis numero, abundent exempla. In anali insuper, ac dorsali sceleti nostri eamdem ac in Hommelii typo formam, eumdemque in quo inseruntur locum invisimus. Dorsalis præterea quatuor habet aculeos anteriores, ac analis primum tenet radium spinosum, ac reliquis, qui deinceps succedunt, breviorem.

do in oltre la dorsale il connotato de' quattro aculei anteriori, e l'anale il primo raggio spinoso, e più corto degli altri, che vengono successivamente.

Non è dunque da rivocarsi in dubbio, che questo rarissimo archetipo del Museo Gazoliano non sia la spoglia fossile di un Gladiatore, o sia di quel pesce de' mari dell'Indie ignoto agl'Ittiologi sistematici, e per la prima volta descrittoci nelle Transazioni di Londra.

Minime igitur in dubium revocandum est, perrarum hunc Gazoliorum Musæi archetypum alicujus esse Jaculatoris fossile spolium, sive illius piscis Indici æquoris Ichthyologis systematicis ignoti, ac primum in Londinensibus Transactionibus descripti.

N. LXXVII.

L' OMBRA STRIATA

SCIENA PLUMIERII

TAV. XLV. FIG. 2.

Sc. longitudinaliter transversimque striata. *Bloch.* Ichth. IX. pag. 66. Pl. CCCVI.

P. 13. V. 6. A. $\frac{2}{9}$ C. 22. D. 9. 10.

Dal più volte citato manoscritto del P. Plumier trasse il Dottor Bloch la figura, e descrizione di questo pesce abitante alle Antille, e di specie del tutto nuova. Appartiene esso al genere Linneano delle Sciene, e a quelle in particolare, che hanno le due pinne dorsali divise. Il P. Plumier lo avea riferito al genere de' pesci Persici, che è strettamente affine a quello delle Sciene. Ma l'Ittiologo Berlinese lo separò da tal genere, e lo pose sotto il suo proprio, atteso il marcato carattere della testa coperta tutta di squame.

Ex pluries citato P. Plumierii manuscripto istius piscis in Antillarum salo degentis, ac speciei prorsus novæ figuram, descriptionemque Blochius desumpsit. Ad Linnæanum Scienarum genus, ac illas præsertim, quæ duas pinnas dorsales habent divisas, pertinet. Percarum generi, quocum illud Scienarum valde est affine, Plumierius tribuerat. Ast Berolinensis Ichthyologus secrevit, ac in proprium ob caput squamis contectum amandavit.

È assai difficile di ravvisare nel nostro fossile l'Ombra striata di Bloch, non sussistendo più in esso per la cangiata superficie del corpo nè i colori nativi, nè quelle rughe transversali, e longitudinali, che si danno per unica nota caratteristica di questa nuova specie di Ombra. Volendo in qualche modo formare la diagnosi di un simile Ittiolito, fa duopo ricorrere al minuto confronto di tutte le parti del di lui corpo con quelle, che si osservano nell'immagine naturale dell'Ombra striata.

Non ita facile est nostro in fossili Scienam Blochii striatam agnoscere, cum ob immutatam corporis faciem, nec naturales colores, nec striæ transversim ac per longum actæ, quæ tamquam unica præcipua istius novæ Scienarum speciei ponitur nota, amplius appareant. Ad hujus quoquo modo Ichthyolithi diagnosim conficiendam minuta partium cunctarum corporis uti comparatione cum illis, quæ in naturali Scienæ striatæ imagine inspiciuntur, oportet.

Il corpo del suddetto pesce è di figura lanceolata, con testa piccola, e breve in proporzione della lunghezza

Istius piscis corpus forma est lanceolata, capite parvo ac brevi, ad longitudinem trunci habita ratione. Non im-

del tronco. Il suo squarcio di bocca è mediocre, avente due mandibole addentellate coperte da grosse labbra. Nel di lui dorso sono impiantate due pinne: l'una anteriore composta di 9 aculei gradatamente minori; posteriore l'altra, e formata di 10 raggi moltifidi. Dall'apertura delle sue branchie partono due pinne bislunghe una per ogni lato, che costituiscono le due pettorali a 10 raggi, di cui non apparisce più orma nel nostro scheletro. In mezzo a siffatte pinne spuntano le ventrali precedute da un raggio in forma di valida spina, e susseguite da altri 5 raggi ramificati. Più sotto alla regione dell'ano esiste un'altra pinna parallela alla seconda dorsale, che incomincia da due aculei eminenti, ed è in tutto composta di 10 raggi. La coda di questo pesce termina con una pinna in proporzione del corpo voluminosa, e formata di 22 raggi, il di cui margine estremo descrive leggiermente una curva.

modice hiat rictus, quem duæ sepiunt maxillæ denticulatæ, et crassis labiis opertæ. In dorso duæ infixæ sunt pinnæ; una anterior IX aculeis gradatim decrescentibus composita; posterior alia, quæ X multifidis radiis constat. Ab branchiarum scissura pinna oblonga utrinque digreditur; quæ duas pectorales X aculeorum efficiunt, quarumque ne vestigium quidem in nostro apparet sceleto. Inter hasce exsiliunt ventrales, quas radius validæ spinæ forma præcedit, quasque V radii ramificati subsequuntur. Subtus et in ani regione alia pinna ab secunda dorsali æquedistans existit, quæ a duobus eminentibus aculeis incipit, ac X constat radiis. Cauda in pinnam desinit volumine insignem, quam XXII subtexunt radii, quæque extremo in margine tenuem curvam exarat.

Se gli esposti contrassegni dell'Ombra striata non si possono tutti riscontrare nell' Ittiolito del Museo Gazoliano, sussistono almeno la maggior parte, cioè la forma del capo, e del tronco più sopra indicata, e il numero stesso, e proporzione dei raggi sì nelle due pinne dorsali, che nella caudale, ed anale, rimanendo soltanto incerto il confronto, rapporto alle pettorali rese invisibili, e alle ventrali, che hanno sofferta la perdita di una porzione dei loro raggi. Nè deve altronde far caso agli osservatori, che la coda dell' Ombra fossile si presenti in figura d' intiera, laddove nell' Ombra striata di Bloch apparisce leggiermente lunata, giacchè evidenti sono gl' indizj de' varj raggi della medesima mutilati all' estremità, per cui venne tolta la rappresentazione naturale del proprio margine.

Si exposita Scienæ Plumierii indicia haud omnino in Musæi Gazoliorum Ichthyolitho discerni possunt, saltem majori ex parte supersunt; forma scilicet capitis, ac trunci superius descripta; idem numerus, eadem proportio tum duabus in pinnis dorsalibus, cum in caudali, atque anali; cum solummodo comparatio claudicet in pectoralibus, quæ haud amplius apparent, atque in ventralibus, quæ radiorum partem amiserunt. Neque observatoribus negotium facessere debet, quod Scienæ fossilis cauda integra, cum in Sciena Plumierii a Blochio descripta leviter falciformis appareat. Nam in propatulo est plures in apice radios ita decurtatos fuisse, ut marginis forma prorsus immutata remanserit.

Un' analisi rigorosa di questa spoglia, e la successiva scoperta di altra identica, e di maggiore conservazione, faranno in seguito meglio conoscere quanto debba valutarsi il giudizio, che riportato abbiamo sopra di essa, determinandola per un individuo della specie Americana, che ebbe dal Ch. Bloch il nome di *Ombra striata*.

Attentius hujusce spolii examen, ac alterius labefactati defossio nostrum de ipso judicium melius expendent, quo piscem esse Americanæ speciei a Cl. Blochio Scienæ *Plumierii nomine designatum statuimus.*

N. LXXVIII.

IL CARPIONE MARINO

SPARUS BRAMA

TAV. XLV. FIG. 3.

S. ordine dentium acutorum brevium unico, ſquamis ſuper lineam lateralem parvis. *Bloch.* Ichth. VIII. pag. 77. Pl. CCLXIX.

Brême ou Carpe de Mer. *Duham.* Trait. des Pêch. Tom. III. pag. 21. Pl. 4. fig. 1.

S. ſtriis longitudinalibus varius. *Brown.* Jamaic. pag. 446.

Perca rhomboides. *Catesby* Carol. 2 pag. 4 tab. 4.

B. 6. D. $\frac{10}{22}$ P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{13}$ C. 19.

Lo Sparo romboidale deſcrittoci da Linneo nel Siſtema della natura (1) è ſenza dubbio lo ſteſſo peſce, al quale ſi riferiſcono le citate ſinonimie di Duhamel, Browen, e di Catesby, e che ſotto il nome di *Brama* fu riprodotto da Bloch per una nuova ſpecie di Sparo. Avea già prima d' ora avvertito il Sig. Bonaterre (2), che paragonando la deſcrizione dello Sparo romboidale data dall' ill. Linneo con quella degli autori, che definirono la ſteſſa ſpecie, riſultavano molte contraddizioni, per cui ignoravaſi quali foſſero i veri, e genuini caratteri di queſto Sparo. L' eſſerſi attribuita a ſiffatta ſpecie la coda intera, che manifeſtamente appariſce bifida nella citata figura di Catesby, fu forse cagione, che Bloch giudicaſſe il ſuo Carpione marino di ſpecie diverſa dallo Sparo rombeo di Linneo, e quindi lo pubblicaſſe colla denominazione tratta dalla voce *Bream*, colla quale ſuolſi in America individuar volgarmente un tal peſce. Ma conferendo inſieme la figura di Duhamel, e di Catesby, l' una da Bloch riferita allo *Sparo brama*, l' altra da Linneo allo *Sparo romboidale*, ritrovaſi, che corriſpondono entrambe non ſolo nella forma del corpo, e proporzione delle diverſe parti, ma eziandio nella ſtruttura, e numero preciſo dei raggi di tutte le loro pinne: ciò che coſtituiſce un carattere certo d' identità della ſpecie. È dunque il Carpione marino lo Sparo romboidale di Linneo

Sparus rhomboideus, quem Linnæus in Naturæ Syſtemate deſcripſit, extra omnem dubitationis aleam idem eſt piſcis, ad quem Duhamelii, Browni, ac Catesbey citatæ ſynonimiæ referuntur, quemque Blochius ſub nomine Brama *tamquam novam ſpeciem Spari recudit. Jampridem adverterat Bonaterrus quod deſcriptionem Spari rhomboidei a Linnæo confectam cum illa auctorum, qui eamdem ſpeciem definierunt, comparando plures erumpebant antitheſes, quæ ſupra vera, ac genuina hujuſce Spari attributa tenebras offundebant. Cum cauda huic ſpeciei integra attributa fuerit, quæ in citata Catesbey figura manifeſte bifida apparet; ideo forſan Blochius Sparum ſuum ab Sparo rhomboideo Linnæi diverſum putavit; atque hinc adpellatione e voce* Bream *deſumpta evulgavit, qua apud Americanos hic piſcis ſolet connotari. Aſt figuram Duhamelii a Blochio ad* Sparum Bramam, *ac Catesbey ab Linnæo ad* Sparum rhomboideum *applicatam ſi ſimul comparemus; utraſque non modo forma corporis, ac partium proportione, verum etiam ſtructura, ac radiorum numero cunctis in pinnis congruere inveniemus; id quod eamdem ipſiſſimam ſpeciem prorſus accuſat. Eſt igitur Carpio marinus Sparus rhomboidalis Linnæi dudum in Americanis fretis ad meridiem ſitis deprehenſus, ubi pariter Sparum* bramam *Blochii degere innuitur. Hinc erronea nota integræ caudæ illi a Svecico Plinio appoſita eſt corrigenda;*

(1) Tom. I. pag. 470. N.° 17. *Sparus cauda integra, dorso canaliculato, corpore luteo-lineato.*

(2) Encyclop. meth. Ichth. pag. 87. N.° 20.

osservato già prima d'ora nei mari dell' America meridionale, ove pure si accenna vivente lo Sparo *brama* di Bloch. Si deve quindi emendare il carattere erroneamente attribuitogli dal Plinio Svedese della coda intera, che in questo pesce per osservazione anche di Catesby è divisa in due lobi.

Il corpo del Carpione marino è di figura ovata romboidale, che si accosta alla fusiforme. Ha piccolissima testa in proporzione dell' intero volume del tronco. Un solo ordine di denti brevi, ed acuti, che nell' Ittiolito spostati sono dalle mascelle, arma la di lui bocca di mediocre apertura. Ampj sono, e rotondi nel margine i coperchj branchiali. Il dorso sostiene una pinna intessuta di dieci aculei anteriori, e 12 raggi consecutivi, che dalla metà in circa del tronco percorre fin dove questo notabilmente restringesi verso la coda. Le sue pinne pettorali sono bislunghe, e composte di 15 raggi; le addominali poste al torace hanno forma triangolare, e minuta, e contengono sei raggi con uno anteriore in figura di spina. Al foro anale situato alla metà dell' addome incomincia la pinna di questo nome da tre aculei seguiti da 10 raggi gradatamente minori, la quale va a terminare all' angolo del restringimento del tronco in faccia precisamente al sito dove finisce la pinna dorsale. La coda di questo pesce si produce in una pinna di 19 raggi profondamente bifida, e divisa in due lobi triangolari, ed eguali. Tutto finalmente il suo corpo a riserva del capo è coperto di larghe squame, che soltanto nella linea laterale sono notabilmente più piccole.

Le variazioni, che offre la spoglia fossile del Carpione marino, paragonata cogli esposti caratteri, si riducono alle seguenti. Non iscorgesi alcuna traccia di denti nelle di lui mascelle; la pinna dorsale non presenta, che soli 6 raggi spinosi, essendo rimasta nella parte anteriore in compagnia dell' anale infranta, e solcata da una vena bianca di spato. Scomparse sono, o almeno soltanto visibili in miniatura, le remigi pettorali, dove non si contano, che pochi raggi; e le addominali non serbano,

nam, ut Catesbeyus quoque animadvertit, in duos est lobos secata.

Carpionis marini corpus figura est ovali rhomboidea, quæ ad fusiformem vergit. Ratione habita ad trunci volumen, capite est perexiguo. Unico brevium, acutorumque dentium (qui in Ichthyolitho a maxillis amoti cernuntur) os haud immodice hians vallo munitur. Ampla atque in margine rotunda sunt branchiarum opercula. Dorsum pinnam emittit X aculeis anterioribus, ac XII radiis subsecivis intextam; quæ a medio circiter trunco usque ubi is insigniter caudam versus coarctatur, excurrit. Pinnæ pectoris oblongæ XV constant radiis; abdominales ad thoracem sitæ formam habent triquetram ac minutam, continentque VI radios, uno anteriori in spinæ formam. Ad ani foramen medio in abdomine collocati pinna incipit hujusce nominis tribus ab aculeis, quos X radii gradatim decrescentes sequuntur; quæque ibi desinit ubi truncus coarctatur contra dorsalis exitum pinnæ. Cauda in pinnam producitur XIX radiorum, quæ altius est bifida, ac duos in lobos tricuspides, ac æquales secatur. Totum denique corpus præter caput latis vestitur squamis, quæ tantum in laterali linea insigniter minores apparent.

Varietates, quæ in fossili exuvia cernuntur, si expositis cum attributis comparatur, hæ sunt. Nullum dentium vestigium referunt maxillæ; pinna dorsi VI tantum aculeatos exhibet radios, cum anteriori in parte simul cum anali fracta, ac albo spatho appareat exarata. Evanuerunt, aut saltem perexigua admodum, ac minuta sunt pectoris remigia, in quibus pauci radii numerantur; abdominalium vero tantum remanent frusta, ac locus, cui contra pectorales hærebant. In ani pinna tres anteriores spinæ su-

che i foli tronchi fenza alcun altro fegno, che quello del luogo precifo della loro inferzione in faccia alle pettorali. La pinna anale conferva bensì le tre fpine anteriori, ma colla perdita de' quattro primi raggi, che vengono dopo; cosicchè gli altri fei fpoftati dalle anzidette fpine fembrano coftituire una feconda pinna dell' ano. Malgrado però tutte quefte, ed altre confimili variazioni di puro accidente, l' analifi comparata del noftro foffile colle figure del Carpione marino di Duhamel, di Bloch, e di Catesby dimoftra chiaramente la fua relazione, e corrifpondenza a fiffatta fpecie, abitatrice delle acque falfe d' America.

perfunt; aft quatuor primi radii, qui fequuntur, perierunt; ita ut VI reliqui ab fpinis amoti fecundam ani pinnam videantur efficere. Etfi tamen hæ, ac plures aliæ fortuitæ varietates exiftant; examen comparatum foffilis noftri cum Brama Duhamelii, Blochii, atque Catesbey ejus affinitatem, ac congruentiam cum adferta fpecie, quæ Americana incolit freta, aperte demonftrant.

N. LXXIX.

IL PAVONE

LABRUS PUNCTATUS

TAV. XLVI.

L. pinna dorsali ramentacea, lineis parallelis fufco-punctatis. *Linn.* S. N. XIII. pag. 477. N.° 23.

L. brunneus albo nigroque varius, maxillis æqualibus, cauda fubrotunda, officulo fecundo pinnarum ventralium fetiformi. *Gronov.* Muf. I. pag. 36. N.° 87.

L. radiis quatuor in pinna ani. *Bloch.* Ichth. IX. pag. 20. Pl. CCXCV. fig. I.

Sparus cauda rotundata: pinnis dorsi ani ventralibusque filamentofis. *Gronov.* Zooph. pag. 64. N.° 223. tab. 5. fig. 4.

Perca maculis rotundis? *Seba* Mus. 3. tab. 27. fig. 7.

Le ponctué. *Encyclop. Meth.* Ichth. pag. 96. N.° 32.

La rotondità della coda, e il diverfo numero de' raggi componenti la pinna dorfale, ed anale diftinguono il noftro Ittiolito dallo Sparo falcato di Bloch (1), al quale molto fomiglia nella ftruttura della bocca, nella forma del corpo, nella qualità degl' integumenti fquamofi, e in tutto l' afpetto della faccia efteriore. Noi crediamo di doverlo piuttofto riferire a quella fpecie di Labro del Surinam, che fu per la prima volta defcritta dall' Ill. Linneo, e che dall' ifteffo Bloch è ftata recentemente illuftrata. Sebbene difconvengano col noftro efemplare le larghe fquame, che offervanfi nella figura del Labro puntato, pubblicata dal citato Ittiologo, e fiavi inoltre qualche difparità nella ftatura del corpo; contuttociò l' analifi di confronto giuftifica la fua determinazione a fiffatta fpecie.

Teres cauda, ac varius radiorum, qui pinnam dorfi ac ani fubtexunt, numerus noftrum Ichthyolithum a Sparo Blochii falcato fecernunt; cui valde fimilis eft oris ftructura, forma corporis, fquameorum integumentorum qualitate, ac toto externæ faciei confpectu. Nos potius ad illam Labri Surinamenfis fpeciem referendum ducimus, quam primum Linnæus defcripfit, ac ipfe Blochius recenter illuftravit. Etfi noftro cum exemplari latæ fquamæ, quæ in figura Labri punctuati cernuntur a citato Ichthyologo vulgata, difconveniant, ac infuper aliquod in corporis ftatura difcrimen interfit; attamen comparatum examen adfertæ fpeciei congruentiam magis, magifque confirmat.

(1) Ichth. VIII. pag. 20. Pl. CCLVIII.

Il corpo di questo pesce è di figura elittica, nè molto lungo in proporzione della di lui larghezza. Due mascelle circondate da labbra carnose, e guernite di denti eguali, corti, e robusti formano il suo squarcio di bocca, che è di mediocre apertura. Gli occhi laterali alla testa, e vicini alla bocca descrivono un' orbita di riflessibil grandezza. Tutta la superficie del corpo è coperta di folte squame rotonde sovrapposte l'une alle altre, e sensibilmente larghe. Cinque diverse pinne si osservano in questo pesce, cioè le pettorali, le ventrali, la dorsale, la caudale, e l'anale. Le pinne pettorali, che partono dall'apertura delle due branchie, sono lanceolate, e composte di 14 raggi sottili, e bifidi; le ventrali incominciano da un raggio osseo più corto de' cinque susseguenti, che sono tenui, e filamentosi; la pinna dorsale contiene due sorta di raggi, 15 anteriori in forma di aculei, e 10 posteriori ramificati, e disposti in figura di triangolo acuto col sesto raggio più lungo degli altri, e che si produce in una specie di filamento. La stessa figura osservasi nella pinna anale intessuta di 12 raggi, de' quali i quattro primi sono più corti, e spinosi. Ampia, e di forma rotonda è la coda di questo pesce ove contansi da 15 sino a 18 raggi formati a guisa di cordoncini, e che nella spoglia vivente non sembrano suddivisi in diramazioni a differenza de' raggi, che si osservano nelle pinne caudali degli altri pesci.

Istius piscis corpus figura est elyptica, ac ad latitudinem habita ratione, non admodum longum. Duæ maxillæ carnosis labiis circumdatæ, ac æqualibus, brevibus, ac robustis dentibus munitæ os efficiunt, quod modice hiat. Oculi in lateribus capitis, ac rictui proximi orbem insignem describunt. Totum corpus densis, ac rotundis squamis invicem superimpositis operitur. Quinque diversæ pinnæ animadvertuntur hoc in pisce, pectorales scilicet, dorsales, abdominales, anales atque caudales. Pectoris pinnæ, quæ a branchiarum scissura digrediuntur, lanceolæ ad instar sunt mucronatæ, et XIV radiis subtilibus, ac bifidis compositæ; ventrales a radio quinque sequentibus breviore, qui tenues sunt ac filamentosi, initium sumunt. Dorsi pinna diversæ speciei radios emittit; XV anteriores aculeiformes, ac X posteriores ut rami divisos, ac in more trianguli acuti dispositos, radio sexto aliis longiore, ac filamenti forma producto. Eadem est analis pinnæ figura, quæ XII constat radiis, quorum quatuor priores magis sunt breves atque spinosi. Ampla, ac sphærica est cauda, in qua modo XV, modo XVIII funiculorum ad instar numerantur radii, qui vivo in pisci haud in ramos partiri videntur, secus ac in radiis caudarum reliquorum piscium accidere solet.

Alcune disparità rimarcabili emergono dal confronto del nostro Pavone fossile coi caratteri del naturale poc'anzi accennati. Più grande, come sin dapprincipio si è detto, è la statura del di lui corpo, e minore l'ampiezza delle sue squame. Sono quindi maggiori anche i denti, che armano le mandibole della bocca, e alquanto più voluminosi il capo, e la coda. Queste differenze però sembrano potersi ragionevolmente ascrivere alla maggiore età di tale individuo. siccome anche il minor volume delle squame sembra doversi ripetere dall'essersi queste necessariamente a minore spazio ristrette nel

Nostri Pavonis fossilis cum viventis attributis ex comparatione insignia quædam discrimina emergunt. Ut ex initio diximus, grandior est corporis statura, ac minor squamarum amplitudo. Hinc majores etiam dentes, qui maxillas sepiunt, ac aliquantisper majori volumine caput, atque cauda. Hæ tamen discrepantiæ desumi possunt ex nostri typi majori ætate; sicuti etiam minus squamarum volumen ab exsiccatione repetendum esse videtur. Nec differentiam constituere videtur minor aculeorum numerus, qui pinna in dorsali typi nostri invisitur, cum ex observationibus super plures alios institutis minime ignoretur, perexiles has

loro diſſeccamento. Non è neppure da valutarſi per una diſparità di carattere il minor numero degli aculei, che ſi contano nella pinna dorſale del noſtro eſemplare, ſapendoſi per oſſervazione fatta su molti altri, che queſte gracilisſime parti vanno ſoggette a ſmarrirſi, o alterarſi ſenſibilmente ſotto le vicende della loro ſepoltura, e petrificazione. La faccia eſteriore di queſto foſſile corriſpondente a quella del peſce Pavone, e la perfetta ſomiglianza, e distribuzione delle ſue pinne analoghe tutte nella loro forma a quelle dell' indicato peſce, poſſono baſtantemente ſupplire ai difetti del tempo, che deformarono alcune delle ſue parti caratteriſtiche, ed aſſicurare gli Oſſervatori, che queſta ſpoglia appartiene effettivamente alla ſpecie Surinameſe alla quale fu riferita.

partes facillime ob labes tumulationis, ac lapideſcentiæ evaneſcere, aut inſigniter immutari. Exterior hujuſce foſſilis facies cum illa Labri punctati affinis, ac omnigena ſimilitudo, atque diſtributio pinnarum ſatis damnis occurrere ævi, quod præcipuis ejus partibus labem inflixit, atque Obſervatoribus hoc ſpolium revera ſpectare ad Surinami adſertam ſpeciem poſſunt perſuadere.

N. LXXX.

L' U S S E R O

MONOPTEROS GIGAS

TAV. XLVII.

M. cirris duobus articulatis, cauda ampliſſima forcipata.

B. . . . D. 22. V. O. A. $\frac{1}{18}$ C. 14.

Dall' attenta iſpezione di queſto raro Ittiolito del Veroneſe, unico nel Muſeo Gazoliano, rilevaſi l' eſiſtenza di un nuovo genere dell' ordine Linneano de' peſci Apodi ſconoſciuto finora ai Naturaliſti, e coltivatori dell' Ittiologia. Se dagli Oſſervatori de' noſtri tempi ſi foſſero potuti ſcandagliare gli abiſſi più profondi del mare, ove hanno forſe abitazione cotante diverſe ſpecie di animali marini, non riuſcirebbero nuove a' Zoologi alcune produzioni animali, che diſſeccate, o impietrite riſcontranſi negli antichiſſimi ſtrati delle montagne, e che hanno dato motivo d' immaginare la perdita di alcune ſpecie dell' età primitive. Eſſendo però i monti gli antichi fondi del mare, che ſoggiacquero alla cataſtrofe di parecchie alluvioni, non è da meravigliarſi, che i loro ſtrati calcarei formati dal depoſito dell' arena marina, e delle ſpoglie eſtin-

Ex attenta rari iſtius Veronenſis Ichthyolithi e Gazoliorum Muſæo unici inſpectione novum agnoſcimus ex ordine Linnæano piſcium Apodum genus, hactenus Phyſicis ac Ichthyologiæ ſtudioſis ignotum. Si ævi noſtri ab Obſervatoribus profundiores oceani gurgites inveſtigari potuiſſent, ubi conſtanter variæ degunt marinorum animantium ſpecies, minime novæ Zoologis nonnullæ animales productiones viderentur, quæ exſiccatæ, ſive in lapidem verſæ in viſceribus montium inveniuntur; ex quo plerique nonnullas vetuſtiſſimarum ætatum ſpecies periiſſe commenti ſunt. Cum vero antiquitus montes ſub æquore deſederint, pluribusque fuerint obnoxii alluvionibus; nil mirum ſi calcarea ſedimina, quæ arenarum ac extinctorum animantium congerie concreverunt, nonnullas viventium formas nondum cognitas ac in mari deprehenſas exhibeant.

te in ſiffatto elemento, ci preſentino le forme di alcuni eſſeri non peranche veduti, e ſcoperti vivi nel mare.

Il noſtro Uſſero, tale denominato dalle due barbe nodoſe ed articolate che porta alla bocca, ſpedito il piccolo diſegno al celebre Bloch di Berlino, ſembrò da principio, che claſſificar ſi poteſſe per una nuova ſpecie del genere de' Ciprini. Ma non trovandoſi in eſſo veruna traccia di pinne ventrali, ſi è creduto di doverlo rimuovere dall' ordine degli addominali, a cui ſpettano i peſci Ciprini, e di riferirlo con più di ragione a quello degli Apodi.

Gigas noſter ita nuncupatus eſt a cirris nodoſis, atque articulatis, qui rictum circumſtant. Cum ad Berolinenſem Blochium miſſa primum eſſet hujus piſcis pictura, viſum eſt ut nova Cyprinorum ex genere ſpecies in claſſem redigi poſſet. Aſt cum pinnarum in alvo nullum repertum fuerit veſtigium, ab abdominalium ordine, ad quem Cyprini ſpectant, removendum, ac ad Apodum ſeriem referendum eſſe putavimus.

I caratteri, che diſtinguono queſto nuovo genere da tutti gli altri dello ſteſſo ordine ſin qui conoſciuti, ſono il capo nudo colla bocca troncata guernita di tenui denti numeroſiſſimi, la membrana branchioſtega mancante, e il corpo ellittico ricoperto di ſquame alla maniera dei peſci toracici e addominali.

Notæ, quæ novum hoc genus a reliquis univerſis ejuſdem ordinis hactenus cognitis ſecernunt, ſunt nudum caput ore truncato, exiguis dentibus refertiſſimo, membranæ branchioſtegæ defectus, ac ellypticum corpus abdominalium, ac thoracicorum piſcium ad inſtar ſquamis amictum.

Due note caratteriſtiche inſigni ſi aſſegnano per diſtintivo dell' Uſſero, cioè le due barbe articolate alla bocca, e la coda a due branchi inarcata ſiccome quella degli Sgombri. Egli viene chiamato Monoptero per l' unica pinna, che trovaſi nel ſuo dorſo rimota dal capo, e in vicinanza alla coda.

Duæ præcipuæ notæ Gigantem diſtinguunt; ſcilicet cirri ad os articulati, et cauda, ut in Scombris, forcipis in morem diducta. Monopteron, ob unicam pinnam in dorſo a capite ſemotam, ac caudæ proximam, vocavimus.

È l' Uſſero, che imprendiamo a deſcrivere ſugli avanzi di una ſemplice ſpoglia foſſile, un peſce ſquamoſo di non mediocre ſtatura, e che ſembra in origine provveduto di molta carne. Ha il capo, e la bocca piccola in proporzione del volume del corpo. Due groſſi cirri di forma cilindrica partono dai lati delle ſue labbra, e ſi ſtendono ſino alla regione dell' ano, rendendoſi gradatamente minori. Il ſuo dorſo deſcrive una curva, e porta verſo la coda una ſola pinna oppoſta all' anale, e rotondata nel margine, in cui ſi contano 22 raggi ſemplici, ed indiviſi. Veggonſi all' apertura delle branchie gli avanzi della pinna pettorale, ma ſenza poterne rilevare la preciſa figura, e il numero degli oſſicelli, che la compongono. La regione del torace, e del ventre non offre veruna traccia di pinne, quando per tali non vogliànſi riputare alcuni frammenti de' cirri, che infranti

Quem deſcribendum aſſumimus, Gigas ex meris foſſilis exuviæ reliquiis eſt piſcis ſquameus non modica ſtatura, quique in origine multa præditus carne videtur. Habita ad corporis volumen ratione, parvo eſt capite, atque ore. Duo craſſi cirri teretes ab labiorum lateribus digrediuntur, ac ſenſim decreſcentes ad podicem uſque perveniunt. Dorſum incurvum eſt, ac unam tantum caudam verſus ſuſtinet pinnam, anali obverſam, ac in margine rotundam, in qua XXII radii ſimplices haud diviſi numerantur. Branchiarum ad ſciſſuram pinnæ pectoralis fragmina conſpiciuntur; at haud potis es veram ejus figuram, neque oſſiculorum componentium numerum deſcribere. In thoraci, atque abdomine nullum pinnarum veſtigium agnoſcas, niſi pinnarum vice habeas quædam cirrorum fruſta, quæ ſuper abdomen corruerunt. Ani pinna contra dorſalem ſita, ac poſterius incurva XVIII conſtat radiis gra-

ſi roveſciarono ſopra l'abdome. La pinna anale poſta di rimpetto a quella del dorſo, e poſteriormente falcata, riſulta dall' aggregato di 18 raggi gradatamente minori, il primo de' quali è due volte più voluminoſo degli altri, cilindrico, ed articolato a guiſa de' cirri. La pinna caudale per ultimo ſi ſtende in due ampj lobi lanceolati eſſendo profondamente bifida, ovvero lunata, ed inteſſuta di 14 raggi ramificati, l' eſteriore de' quali nell' uno, e nell' altro lobo è della ſteſſa ſtruttura del primo raggio della pinna dell' ano. Il corpo di queſto peſce è della lunghezza in circa di un piede e mezzo, ovale bislungo, e veſtito di tenuiſſime, e folte ſquame.

datim minoribus, quorum prior duplo cæteris craſſior eſt, cylindricus, ac ut cirri articulatus. Demum pinna caudalis in duos exerta eſt lobos amplos, ac lanceolatos, cum ſit profunde bifida, ſive lunata, ac XIV ſit intexta ramificatis radiis, quorum in utroque lobo exterior ejuſdem eſt dimenſionis, ac primus pinnæ analis radius. Pedem cum dimidio æquat longitudine corpus, quod ovale eſt, oblongum, ac perexilibus et denſis ſquamis obductum.

Siccome la morte, e diſſeccamento di queſta ſpoglia può aver portato dei notabili cangiamenti nella primitiva figura, e caratteri proprj della medeſima; così di buon grado invitiamo i Naturaliſti a portare le loro indagini più mature ſopra di eſſa, onde meglio accertarſi ſe venga effettivamente a coſtituire un nuovo genere ſconoſciuto dell' ordine dei peſci apodi, ovvero appartenga ſecondo il parere di Bloch ad un' incognita ſpecie del genere de' Ciprini.

Quia autem ob interitum, ac exſiccatiónem hujuſce ſpolii haud parum figura ac notæ ejus fuerunt immutatæ; ita libenter Phyſiophilis illud maturius examinandi facultatem facimus, ut apertius liqueat, an revera novum genus ignotum ex ordine piſcium apodum efficiat; aut juxta Blochii ſententiam ad ignotam ex Cyprinorum genere ſpeciem pertineat.

N. LXXXI.

IL GEOGRAFO

OPHICEPHALUS STRIATUS

TAV. XLVIII. FIG. I.

Cephalophis corpore brunneo-ſtriato. *Bloch.* Ichth. X. pag. 141. tab. CCCLIX.

B. V. P. XVII. V. VI. A. XXVI. C. XVII. D. XLIII.

Alcuni peſci di teſta ſchiacciata ricoperta di ſquame diedero occaſione al celebre Bloch di ſtabilire un nuovo genere di peſci toracici, ed è queſto l' Oficefalo, a cui appartiene la ſpecie, che ora prendiamo ad eſaminare.

Nonnulli piſces capite depreſſo, ac ſquamis operto celebri Blochio novum creandi piſcium thoracicorum genus argumentum præbuerunt. Hoc Ophicephalorum genus eſt, ad quod ſpecies pertinet, quam modo examinandam aggredimur.

Il Geografo, così da noi ſpecificato con queſto nome per le macchie in forma di mappa, che veggonſi ai lati del di lui corpo, ſembra a primo aſpetto un peſce del genere Linneano

Geographus, ita a nobis diſtinctus ob maculas, quæ Mappæ ad inſtar latera ejus corporis pingunt, primo videtur intuitu piſcem eſſe ex Linnæano Labrorum genere, ſi oris ſtructura, ac diſpoſitio, et

dei Labri, volendo aver riguardo alla ſtruttura della ſua bocca, e alla diſpoſizione, e figura delle ſue pinne. Ma il carattere del capo ſquamoſo, che non è proprio di alcuna ſpecie di Labro, divide il Geografo da queſta famiglia, e lo fa più convenevolmente riferire a quella degli Oficefali, dal Berlineſe Ittiologo ſtabilita.

figura pinnarum attendatur. At capitis ſquamoſi nota, nullius Labrorum propria, ab hac familia Geographum ſecernit, atque illi Ophicephalorum a Berolinenſi Ichthyologo conſtitutæ potius adjudicat.

Bislunga, e lanceolata è la ſtatura del corpo di queſto peſce, che qui brevemente deſcriveremo nella nativa ſua forma, per poi contrapporvi l'Ittiolito del Muſeo Gazoliano, che lo rappreſenta. La ſua teſta è ovale, e depreſſa, prolungandoſi nella parte anteriore in un apice ottuſo. Due maſcelle labiate, la di cui ſuperiore è più corta dell'inferiore, formano lo ſquarcio della ſua bocca di mediocre grandezza, e con una ſerie di piccoli, e corti denti. Ampie ſono, e tutte coperte di ſquame le lamine oſſee dei coperchj branchiali, che dalla parte poſteriore ſi producono in una punta. Piccoli all'oppoſto ſi manifeſtano i di lui occhi, formati di una pupilla nera ſopra un'iride di color giallo, e diſpoſti ai lati del capo vicino alla bocca. Nella membrana branchioſtega di queſto peſce ſi contano cinque oſſicelli, carattere proprio del genere degli Oficefali. Le pinne pettorali brevi, ed ovate, contengono 17 raggi per ciaſcheduna; le ventrali poſte in mezzo alle precedenti, e quaſi di egual figura, hanno 6 raggi, il primo de' quali è più corto, e ſpinoſo. Una lunga pinna rotondata nel margine ſi ſolleva dal di lui dorſo, incominciando la medeſima dalla nuca, e ſtendendoſi fino alla coda per mezzo della concatenazione di 43 raggi ſemplici, di cui è compoſta. Alquanto più corta della precedente è la pinna anale di ſoli 26 raggi, che dalla metà del corpo vanno a terminare in angolo acuto, ove finiſcono quelli della dorſale. La coda finalmente allargaſi in una pinna rotonda compoſta di 17 raggi, che ſono ſemplici alla baſe, e ramificati nell'apice. Tutto il corpo del peſce è ſquamoſo, e di color bruno, avendo ai lati del collo, del ventre, e dell'ano delle ſtriſcie bianche in forma di nuvolette, e alla pinna dorſale, ed anale delle faſcie parallele, e ferrugginoſe.

Oblonga, ac laceolata eſt hujuſce piſcis corporis ſtatura, quem hic breviter deſcribemus juxta natalem formam, ut illi ex Gazoliano Muſæo Ichthyolithum, qui eum repræſentat, comparemus. Caput ovale, ac depreſſum, atque antica in parte productum in apicem obtuſum. Duæ maxillæ labiales, quarum ſuperior inferiori eſt brevior, oris hiatum mediocriter patulum, ac parvorum et brevium dentium ſepto munitum. Amplæ, ac totæ ſquamis obductæ operculorum branchialium ſunt laminæ, quæ poſtica in parte deſinunt in mucronem. Parvi e contra ſunt oculi, in quibus nigricans pupilla micat ſuper iridem flavicantem, ac in lateribus capitis pone os collocati. In branchioſtega membrana quinque numerantur oſſicula, quod generis Ophicephalorum proprium eſt. Pectoris pinnæ breves, atque ovales XVII continent radios ſingillatim; ventrales præcedentibus mediæ, ac ejuſdem ferme figuræ, VI habent radios, quorum prior brevior eſt, ac ſpinoſus. Longa pinna in margine rotundata adſurgit e dorſo ab occipite ad caudam uſque excurrens XLIII radiis ſimplicibus compacta. Paullo præcedenti brevior eſt analis, XXVI tantum conſtans radiis, qui medio e corpore in acutum angulum deſinunt ibi, ubi dorſalis terminant aculei. Cauda tandem in pinnam rotundam XVII radiis ſubtextam, qui in baſi ſunt ſimplices, ac ad apicem ramificati, dilatatur. Totum ſquamis veſtitur corpus ſubfuſcum, quod in lateribus colli, ventris, et ani alba ſtygmata nubecularum forma, ac in pinnis anali, ac dorſali faſcias præfert parallelas, atque ferrugineſas.

Lo ſcheletro del Geografo diſſotterratoſi dalle cave del Veroneſe, paragonato colla figura del naturale, da cui furono tratti gli eſpoſti caratteri, non ritiene in ſe ſteſſo, che la medeſima forma, e proporzione del corpo, e qualche avanzo leggiero delle deſcritte pinne. Vedeſi in eſſo primieramente un'eguale ſtruttura di capo, e forma di bocca colla maſcella ſuperiore più corta dell'inferiore, e coi coperchj branchiali poſteriormente formanti una punta; ma nè ſu queſta parte, nè ſu tutto il rimanente del corpo appariſce alcun veſtigio di ſquama. Contanſi inoltre nella membrana branchioſtega ſuperſtite cinque oſſicelli, e ſei raggi diſtinti in una delle reſidue pinne ventrali, che ſporge tuttavia dal torace di queſta ſpoglia. Al dorſo, ed alla regione dell'ano non eſiſtono, che i ſemplici tronchi delle due pinne, rilevandoſi nondimeno, che la dorſale incomincia, come nel Geografo, rimpetto alle due ventrali, e termina verſo la coda, e l'anale ha principio alquanto più ſotto, ſtendendoſi anch'eſſa fin dove ha fine la precedente. La pinna caudale poi, benchè dall'eſſiccazione a minore ſpazio riſtretta, manifeſta nel margine eſtremo la ſteſſa rotondità di quella del peſce Geografo, colla quale confronta eziandio nella proporzione della lunghezza, e nel numero, e forma de' raggi, che la compongono.

In viſta pertanto delle alterazioni, e de' cangiamenti, che devonſi neceſſariamente ſupporre in una ſpoglia ridotta a ſemplice ſcheletro, non dubitiamo, malgrado alcune ſenſibili differenze, di dichiarare il preſente Ittiolito un antico individuo dell' Oficefalo del Malabar, di cui l'ill. Bloch ne pubblicò il primo la deſcrizione, e la naturale figura.

Geographi ſceleton ex Veronenſium fodinis exhumatum, ac cum viventis figura, ex quo expoſita deſumpta ſunt attributa, comparatum nihil præter eamdem formam, et corporis proportionem, ac quaſdam deſcriptarum pinnarum reliquias conſervat. Æqualis primum in ipſo cernitur capitis ſtructura, atque rictus forma, maxilla inferiori ſuperiorem excedente, ac branchialibus operculis poſterius in apicem deſinentibus; at nuſquam in toto reliquo corpore ullum ſquamarum veſtigium apparet. Inſuper in membrana branchioſtega ſuperſtiti V numerantur oſſicula, ſexque radii in una reliquarum pinnarum ventralium, quæ adhuc in thorace eminet hujuſce ſpolii. In dorſo atque ano nonniſi mera duarum pinnarum exiſtunt fruſta. Attamen minime eſt prætereundum, dorſalem, ut in Geographo, contra duas ventrales incipere, et caudam verſus deſinere; analem autem parumper ſubtus initium ſumere, atque uſque ubi prior terminat excurrere. Pinna caudæ, etſi ab exſiccatione in minus volumen redacta, eamdem in extremo margine, ac Geographus, retinet rotunditatem, quacum congruit etiam longitudinis proportione, ac in numero et forma radiorum, quibus conſtat.

Habita igitur ad labes, ac immutationes, quibus neceſſe fuit nantem ad meram oſſeam compagem redactum obnoxium fuiſſe, ratione, ac attentis etiam nonnullis inſignibus differentiis, hunc Ichthyolithum vetuſtum eſſe typum Malabarenſis Ophicephali, cujus Blochius prior deſcriptionem, naturalemque edidit figuram, aſſerere non dubitamus.

N. LXXXII.

LA MARENA

SALMO MARENA

TAV. XLVIII. FIG. 2.

S. corpore albo, maxilla ſuperiore truncata. *Bloch.* Ichth. I. pag. 138. Pl. XXVII.

B. 8. P. 14. V. 11. A. 12. C. 20. D. 14.

Molto ſomigliante al preſente eſemplare è una piccola Trotta deſcrittaci da Linneo ſotto il nome di *Salmo albula* (1). Ma la ſtatura della Marena maggiore di quella del predetto piccolo peſce, e la diverſa conformazione della ſua bocca ha indotto il celebre Bloch a riconoſcerla per una ſpecie diſtinta, e particolare da non confonderſi coll' *Albula* di Linneo, alla quale ſomiglia.

Il corpo bianco, e la mascella ſuperiore troncata, e anteriormente larga ſono i principali caratteri, che diſtinguono la Marena di Bloch da tutte le altre ſpecie di Trotte. Sembra che queſta, prima eziandio dell' Ittiologo Berlineſe, ſia ſtata conoſciuta da altri Naturaliſti ſotto lo ſteſſo nome, come ſi può vedere nelle opere di Aſcanio (2) Rajo (3) Richter (4) Beckmanno (5) Müller (6) e Willougbey (7), le ſinonimie de' quali furono riferite da Bloch all' *Albula* di Linneo, da eſſo denominata *Marenula* (8).

Queſto raro peſce che vive nei letti marnoſi, e profondi di alcuni laghi della Polonia, e quello principalmente della Pomerania inferiore, che chiamaſi *Madui*, è lungo un piede all' incirca, pervenuto che ſia all' età di cinque, o ſei anni. Il di lui corpo bislungo è tutto, a riſerva del capo, coperto di larghe ſquame ſottili, e facilmente decidue. Ha ovale la teſta, e ſmuſſata dalla parte anteriore, colla bocca quaſi affatto priva di denti, e piccola in proporzione di quella degli altri peſci del medeſimo genere. La maſcella inferiore

Valde huic exemplari aſſimilis parvus eſt Salmo ab Linnæo ſub nomine Salmonis albulæ *deſcriptus. At Marenæ ſtatura citato parvo piſce major, ac diverſa oris conformatio Blochio ſpeciem eſſe diſtinctam, minime cum Linnæi* Albula, *cui valde ſimilis eſt, confundendam perſuaſere.*

Album corpus ac maxilla ſuperior truncata, atque anterius lata, præcipua ſunt attributa, quæ Marenam Blochii ab cunctis reliquis Salmonum ſpeciebus ſecernunt. Ante nam Berolinenſem Ichthyologum aliis etiam Phyſiophilis ſub eodem nomine innotuiſſe videtur, ut videre eſt in operibus Aſcanii, Raij, Richteri, Beckmanni, Mulleri, et Willougbeji quorum ſynonimia Blochius ad Linnæi Albulam *retulit, quam* Marenulam *vocavit.*

Rarus hic piſcis, qui argilloſis, ac profundis nonnullorum lacuum Poloniæ, atque inferioris Pomeraniæ Madui *vocatæ degit, pedem æquat ubi ad quinque, vel ſex annos adolevit. Oblongum corpus, totum, excepto capite, latis ſquamis, ſubtilibus, ac faciliter deciduis tegitur. Ovale habet caput, ac anterius obtuſum, roſtro ferme prorſus edentulo, ac parvo, cæterorum piſcium ejuſdem generis habita ratione. Grandes, ac micantes ſunt oculi; breves ac teretes branchiales valvæ, quibus media in gutture ſita eſt membrana branchioſtega VIII oſſiculis*

(1) Syſt. nat. pag. 312. N.° 16.
(2) Icon. tab. 24. le *Vemme*.
(3) De Piſcib. pag. 107. N.° 12.
(4) Ichth. pag. 897.
(5) Churm. Tom. I. pag. 570.
(6) S. N. Lin. Tom. IV. pag. 326. Der *Weissfisch*
(7) Ichth. pag. 229.
(8) Ichth. I. pag. 141.

è angusta, e alquanto più corta dell'altra, che le sta sopra. Grandi sono i di lui occhi, e brillanti; brevi, e rotondi i coperchj branchiali, in mezzo ai quali nella regione della gola è situata la membrana, che dicesi branchiostega, composta di otto ossicelli a differenza di quella dell'*Albula*, ove se ne contano soltanto sette. Il dorso della Marena porta due pinne distinte: l'una membranosa in faccia alle due ventrali, e intessuta di 14 raggi: l'altra adiposa, ed opposta all'anale. Le pinne pettorali di forma ovale partono dall'angolo ottuso de' coperchj branchiali, e contengono lo stesso numero di raggi della pinna membranosa dorsale; le addominali, che sporgono dalla giusta metà del ventre, sono divise in 11 raggi moltifidi, accresciuti da un'appendice, o pellicola verso l'estremità. La pinna anale a 12 raggi più brevi di quelli delle altre pinne, sembra, per così dire, troncata nel margine, descrivendo nella sua circonferenza una specie di cono. Profondamente bifida, ma non molto estesa è la pinna caudale di questa Trotta, nella quale si contano 20 raggi robusti transversalmente striati, e suddivisi ognuno in raggi minori paralleli alla base, e nell'estremità divergenti. Glauco è il colore di tutto il pesce a riserva del torace, dell'ano, e di alcune pinne, che brune di fondo sono leggiermente tinte di rosso.

composita, secus ac in Albula, *in qua VII tantum numerantur. Marenæ dorsum duas pinnas substentat; alteram membranaceam contra ventrales sitam, ac XIV radiis intextam; alteram adiposam, ac anali obversam. Pectoris pinnæ forma ovales obtuso ab branchialium operculorum angulo digrediuntur, ac eumdem pinnæ membranosæ dorsalis continent numerum; abdominales, quæ medio e ventre emergunt in XI radios multifidos, appendice, sive pellicula imo in margine auctos, partiuntur. Analis pinna XII radiata: radiis cæterarum pinnarum brevioribus, videtur, ut ita dicam, in margine decurtata; ac in peripheria quemdam veluti conum describit. Alte secta, at non admodum expansa caudalis est hujusce Salmonis pinna, in qua XX validi radii transversim striati, in minores radios æquidistantes in basi, in apice autem divergentes, singillatim subdivisos. Glaucus est piscis color, exceptis thorace, ano, ac nonnullis pinnis, quæ fuscæ cum sint, rubro inumbrantur colore.*

Esaminando attentamente la spoglia fossile di questo pesce scopertasi fra gl'Ittioliti del Veronese, rilevasi in primo luogo, che dal disseccamento delle molli sue parti rimase raccorciata non poco, e principalmente dalla parte tra la nuca e la pinna dorsale prima, ove sembra essere stata per così dire compressa. Si vede in secondo luogo, che alcune parti rimasero spostate dal proprio sito, come a cagion d'esempio le pinne pettorali, che ora esistono sotto alla gola, ed altre furono infrante, non iscorgendosi che i tronchi, e rudimenti delle medesime, come osservasi per rapporto alla pinna dorsale adiposa, alle ventrali, e all'anale. Con tutto ciò gli avanzi in questo scheletro della nativa fisonomia, e quanto in esso re-

Istius piscis fossilis exuvia inter Veronensium Ichthyolithos detecta attente examinata, deprehenditur primum ex mollium partium exsiccatione non parum imminutam fuisse præsertim inter occiput ac dorsalem primam, ubi videtur, ut ita dicam, constricta. Secundo nonnullæ partes e loco cernuntur amotæ, exempli gratia pinnæ pectoris, quæ gutturi subsunt; aliæ fractæ fuerunt, cum nonnisi frusta, ac fragmina remaneant, ut in pinna dorsali adiposa, in ventralibus, atque anali cernere est. Nihilominus hocce in sceleto originalis faciei vestigia, ac notarum præcipuarum reliquiæ extra omnem aleam ponunt, ipsum ad raram illam Salmonis lacustris, quam supra descripsimus, speciem pertinere; atque hinc magis magisque nostris in jugis simul

ſta delle originali ſue note caratteriſtiche, rendono certa la ſua pertinenza a quella rara ſpecie di Trotta lacuſtre, che abbiamo precedentemente deſcritta; e quindi confermaſi ſempre più l'eſiſtenza ne' noſtri monti delle ſpoglie di alcuni peſci fluviatili, e di acqua dolce in compagnia di molti altri, che ſono proprj eſcluſivamente del mare.

cum pluribus pelagi tantum inquilinis piſcibus etiam fluviatilium, ac lacuſtrium exuvias extitiſſe confirmant.

N. LXXXIII.

L A   S P A T O L A

S I L U R U S   A S C I T A

TAV. XLVIII. FIG. 3.

S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 18, cirris 6. *Linn.* S. N. XIII. pag. 505. N.° 18.

S. cirris ſex, radiis octodecim in pinna ani. *Bloch.* Ichth. I. pag. 200. Pl. XXXV. fig. 1. 2. 3.

Aſcita ventricoſa. *Muſ. Frid. Adolph.* Tom. I. pag. 79. tab. 30. fig. 2.

L'Ascite. *Encyclop. Meth.* Ichth. pag. 133. N.° 21. Pl. 63. fig. 254.

Sebbene in queſto piccolo Ittiolito non ſiano più diſtinguibili nè la ſeconda pinna dorſale adipoſa, nè i ſei cirri alla bocca, e neppure i diciotto raggi della remige anale, nel che fondarono i Siſtematici le principali note caratteriſtiche di un tal peſce; contuttociò confrontando la noſtra colle citate figure di Bloch, e dell'Enciclopedia, ſi conoſce ben toſto lo ſtretto rapporto di ſomiglianza, che fra queſta ſpoglia, quantunque in gran parte logora, avvi colla naturale immagine dell'Aſcita dell'Indie, da noi volgarmente denominato Spatola.

Etſi parvo hoc in Ichthyolitho ſecunda pinna dorſi adipoſa, ſexque ad roſtrum cirri, nec non XVIII analis remigii radii (quæ apud Syſtematicos inſignia ſunt hujus piſcis præcipua) haud amplius diſcerni poſſint; attamen noſtram citatis cum Blochii, et Encyclopædiæ figuris conferendo, illico ſimilitudinis affinitatem, quæ inter hoc ſpolium, etſi magna ex parte exeſum, cum naturali Indoi Aſcitæ, vulgo a nobis Spathula *nuncupati, intercedit, agnoſcimus.*

